
# COMMENTARIORUM CYRIACI ANCONITANI

## *NOVA FRAGMENTA*

NOTIS ILLUSTRATA.



PISAURI M. DCC. LXIII.

IN ÆDIBUS GAVELLIIS. *Superiorum facultate.*

CLA-

# CLARISSIMIS ET AMPLISSIMIS
# VIRIS
# *ACADEMIAE*
# ETRUSCORUM CORTONENSIUM
# SOCIIS

POMPEJUS COMPAGNONIUS
Episcopus Auxim., & Cingul.



*Lures jam anni sunt, ex quo Vos, humanitate potius vestra, quam alia qualibet caussa adducti [ nam neque mea in Vos, neque sane in reliquam literatorum rempublicam merita ulla existunt ] in coetum istum vestrum, non Italia modo, sed Europa fere universa percelebrem, me nec opinantem, maximo cum nominis, dignitatisque ornamento, cooptatum voluistis. Itaque statim de gratia Vobis referenda cogitavi, neque alia id ratione melius fieri posse persuasum habui, nisi si legibus sapientissime a Vobis latis obsequerer, quibus statui-*

*tur in primis, ut qui in Academiam vestram novissime receptus sit, aliquid omnino in medium afferat, quo rerum antiquarum studia, nostra hac aetate praeclare a Vobis illustrata, quoquo modo juventur, augeanturque. Erant mihi profecto quaedam in hoc genere fortasse non contemnenda; quae tamen in adversariis meis dispersa, lateque dissipata, haud facilius colligi poterant, quam Sibyllae folia. Huc accedebat quod in meliorem redigi formam, & nitidiore cultu, utpote quae publica luce donanda erant, ea ipsa ornari oportebat, quae omnia non mediocri certe industria, ac labore indigebant. Id quominus praestarem, plurima, eaque assidua, quibus Episcopum distineri necesse est, negocia impedimento fuere. Quum itaque res in diem differretur, peropportune accidit, ut in manus meas pervenirent fragmenta quaedam, quae tum ob auctoris celebritatem, tum ob ea, quae ad antiquitatem spectantia, bonaeque frugis plena, continent, digna sane sunt, [ aut ego valde fallor ] quae ab hominibus doctis, vestrique similibus haud minimo in pretio habeantur. Quid, quod in hisce fragmentis plurima etiam ac perbonorifica est mentio Gasparis Zacchii Volaterrani, quem postea*

*Episcopum Auximatem creatum inter meos Decessores, & quidem de sua Ecclesia optime meritum adnumeramus? Sunt ea Cyriaci Anconitani, vetustiorum monimentorum, si quis illa tempestate alius, investigatoris sagacissimi, provincialis mei, itinerarii particula quaedam insignis, numquam antehac excusa. Hanc in vulgus edere, Vobisque dicare statui, ut hoc saltem modo, quoniam aliter, ut jam ostendi, mihi integrum non erat, meam erga Vos voluntatem, gratumque animum eruditis omnibus haud obscure significarem. Quod ut Vos aequi, bonique consulatis, non postulo solum, sed etiam flagito. Valete.*



*IMPRIMATUR QUOAD NOS*

*Hac die 7. Februarii 1761.*

S. TRUSIANI VIC. GEN.

*Die 11. Februarii 1761.*

*IMPRIMATUR*

FR. HYACINTHUS AND. MAZZOLI

Mag. Ord. Praed. Vic. S. Off. Pisauri.

# ERUDITO LECTORI
## HANNIBAL DE ABATIBUS
## OLIVERIUS.



IN Volumine vi. Collectionis, quae, curante viro doctissimo *Angelo Calogierà*, Camaldulensis ordinis Abbate, Venetiis profertur in lucem, *Nuova Raccolta d'Opuscoli Scientifici, e Filologici*, edita fuit dissertatio, qua anno MDCCLVI. L. Acutii Tryphonis Rhetoris Pisaurensis sepulcralem cippum illustrare pro viribus conatus sum. Illam, quum ederetur, annotationibus quibusdam locupletavi, atque in illarum prima, Joannem Sfortiam, qui Pisauri sub xv. saeculi exitum dominabatur, vetustas inscriptiones antiquis basibus erasisse, ut novis, quas ipse fortasse conscripserat, locum facceret, non uno argumento patefeci; inde haec addidi: *E questa è la ragione, per cui in vano cerchiamo in oggi, e ricercarono in vano gli eruditi nostri Cittadini dei due ultimi Secoli*, sex illas de marmore bases nobilium ex aere statuarum, quas olim splendidissimi Pisaurensium, Ariminensiumque Ordines Silicum viarum Procuratoribus dederant, *che nel 1440. vide in Pesaro Ciriaco Anconitano, siccome lasciò registrato nel suo Itinerario, e delle quali* memoranda epigrammata una cum Ambrosino illo suo equite praeclaro lectitavimus, & nostris haud indigna mandavimus Commentariis, *quali Commentari o son periti affatto, o giacciono in un angolo di qualche privata casa sconosciuti e negletti*. Quum autem dissertationis hujus exemplum ad Pompejum Compagnonium Auximatium, & Cingulanorum Antistitem, virum dignitate, & doctrina praestantissimum, misissem, atque ille oculos ad recitata verba intendisset, de conquirendis Cyriaci Commentariis, ut est patriarum antiquitatum, meique amantissimus, sedulo coepit cogitare.

Quonam autem felici fato meo, vel potius universae literariae reipublicae factum esse dicam, ut illis ipsis diebus Cyriaci codex, quo nunc frueris, e tenebris opportune prodierit, atque in doctissimi Praesulis manus pervenerit? eum profecto alacer, laetusque ille statim ad me misit, ut, si de Pisaurensibus Inscriptionibus repertis gaudere neutiquam possem, spes mihi tamen haud exigua ostenderetur, pos-

ſe aliquando tandem, quemadmodum nunc haec Cyriaci Fragmenta, quae Tuſcorum Ligurumque res complectuntur, in lucem veniunt, ita illa etiam, quae Provinciam noſtram illuſtrabant, etſi jam plane deſperata, in publicum proferri. Neque hic Viri eruditiſſimi providentia ſtetit. Quum enim, dum Romae eſſet Franciſci Cardinalis Barberini aſſeſſor, ſchedas quaſdam, quae in ampliſſima illius bibliotheca aſſervabantur, ut ipſe exiſtimabat, a Suareſio exaratas, recenſuerit, Inſcriptioneſque ineditas inde exceperit, & Muratorio miſerit, quas ille edidit praefixo titulo *ex Schedis Barberinis Cyriaci*, reperto nunc codice noſtro diligentius, integriuſque deſcripto, atque aetate, Cyriaco, ut dicemus, pene ſuppari, provincialis ſuae gloriae conſulendum duxit, & Cyriaci nova haec Fragmenta literario orbi communicare decrevit, mihique, ut editionis curam ſuſciperem, pro veteris amicitiae, conjunctioniſque jure injunxit. Quis ampliſſimi Praeſulis, ſummoque honore digniſſimi mandata protinus non confeciſſet? praeſertim quum ex hujuſmodi obſequio aliqua appareret ſignificatio tum ſingularis obſervantiae, qua illum colo, tum ſuorum erga me immortalium meritorum in omnibus vitae officiis, ac praecipue in ſtudiorum ratione, in quibus ſemper (quae mea gloria eſt) ſcriptorum meorum fuit judex & κανών.

Ut igitur ſuſcepto oneri facerem ſatis, operae pretium eſſe duxi Cyriaci textum notulis quibuſdam illuſtrare; plura equidem latius tractari debuiſſent; verum ut id pro dignitate fieret, multis opus erat praeſidiis, quibus caremus, ut ſuo loco animadverti. Maximam horum Fragmentorum partem occupant Inſcriptiones, quae pluries editae jam fuerunt; proinde opportunum cenſui editiones notare; atque ita eruditorum commodis, utilitatique ſervire. Neque hanc ſolum perpetuo diligentiam adhibui, ſed plura inſuper quandoque ad illarum Inſcriptionum illuſtrationem ſcripſi; in quo tamen temperandum mihi eſſe cenſui, ne mantiſſa obſonium vinceret.

Pauca nunc de Codice ipſo, ex quo haec Cyriaci Fragmenta deſumta ſunt, praefari oportet. Cyriaco ille aetate ferme ſuppar eſt, quod ex ipſius characteris forma facile dignoſcitur. Qui Codicem deſcripſit, vel Cyriacum noverat, vel ipſius probe manum, inde ſaepe notat *manu Cyriaci*, *manu propria*, *manu alterius*. Unde eſſet, fortaſſe erui poſſet ex pag. 30., ubi domeſticae rationes anni 1431. licet alio charactere in haec verba perſcribuntur: *Richolſe Giovanni de Banderch̃o che lavora le terre de Monte Chaperi l' anno* 1431., *&c.* ſed Piceni topographia haud ſatis explorata mihi eſt; illud tamen certum eſt, Codicem hunc domeſticis rationibus aſſignatum, neque tamen inſcriptum, aliquot poſt annos, gravioribus, nobilioribuſque rebus attributum fuiſſe; rationes enim ad annum 1431. pertinent, Cyriaci Fragmenta itinera ab eo confecta annis 1442. & 1443. complectuntur.

Nulla autem caussa est, ut longiori disputatione ostendam, Cyriaci haec esse, adeo a Doctis Viris expetita, Commentaria. Sat est animadvertere pag. 23. Parmensem inscriptionem *Junonibus a L. Theario Philerote positam*; de ea ita in Epistola ad Poggium pag. 28. *vetus inscriptum marmor comperimus, quod ego accurate perlegi . . . . . . . . nostris & adjecimus Commentariis*. Hinc discimus Inscriptiones Cyriaci Anconitani a Morono typis impressas, quas recte *eorumdem Commentariorum specimen* appellavit de Cyriaco optime meritus Cl. Mehus *in Praef. ad Itiner. pag.* XXX. nil aliud esse quam Commentariorum Cyriaci particulam alteram. De his late & luculenter egit idem Mehus pag. 1. & seq. Porro in tria volumina descripta & disposita illa fuisse, Alberti auctoritate firmat. Unumquodque volumen, nisi valde fallor, in plures libros pro itinerum ratione dividebatur; ex eo autem libro, qui *Tuscorum Ligurumque* inscribebatur, Fragmenta haec excepta fuerunt; ex alio, cui fortasse *Graecorum* titulus praefixus erat, Moroni specimen prodiit.

Aliud Cyriaci fragmentum in extremo subjunxi, quod superiori anno Arimini vidi in Codice membranaceo apud virum amicitia mihi conjunctissimum Franciscum Co. Garampium, Josephi, cujus in universa ferme Europa celebre est nomen, Archivorum Romanae Ecclesiae Praefecti, fratrem. Codex Basinnii Parmensis Poema Astronomicon principe loco exhibet; bis descriptoris nomen ostendit, primum in haec verba *Ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi 1475. IX. Kal. Julii Ego Petrus Marius Barbolellus Phanestris hoc opusculum Phani scripsi*. Deinde 1458. *octavo Kal. Sextil. Ego Petrus Marius Arimini scripsi*.

Haec praenotasse sufficiat. Tu interim, Erudite Lector, beneficio, quod praestantissimi Antistitis cura & providentia tribuit, UTERE FELIX; mecumque doctissimos Viros, quibus floret excultissima Piceni provincia, obsecra, ut bibliothecarum forulos, in quibus Cyriaci opus adhuc fortasse delitescit, perscrutentur, ut integrum illud tandem prodeat, vel ea saltem particula (quod mihi maxime cordi est) quae *Picenorum Umbrorumque* inscribebatur. Vale.

| *ERRATA* | *CORRIGE.* |
|---|---|
| *pag.* 1. *in notis col.* 2. *lin. ult.* adſpecta | adſperſa. |
| *pag.* 3. *in notis col.* 2. *lin. ult. Anconitanus.* adde | ſeu potius *Eidem Sanctitati Tuae dicatiſſimus*, ut Cl. Corſinius monuit; *ita ſeq. pag.* 4. Renato Regi ſcripſit *Eidem S. M. Tuae dicatiſſimus*, & *pag.* 56. Philippo Mediolanenſium Duci *Ejuſdem Illuſtris Magnificentiae Tuae*. |
| *pag.* 12. *in notis col.* 2. *lin.* 10. *quingentos*. adde | Inſcriptionem hanc doctiſſimo commentariolo illuſtratam poſtea vidi a Cl. Corſinio, quod habetur in *Symbolis Gorianis*. Vol. VI. *pag.* 145. |
| *pag.* 13. *in notis col.* 1. *lin.* 22. Gruterus | Reineſius |
| *pag.* 15. *in notis col.* 1. *lin.* 3. Philippo Dux Urbium | Philippus Dux, Urbium |
| *pag.* 16. *in notis col.* 1. *lin.* 8. eddidit | addidit |
| *pag.* 17. *in notis col.* 2. *lin.* 2. *Beatus vir* | *Benedictus* |
| *pag.* 19. *in notis col.* 2. *lin.* 42. *toto* | *torto* |
| *pag.* 23. *lin.* 21. FOROVONANOR | FORONOVANOR. |
| *pag.* 37. *lin.* 6. Ως | Ως' |
| *lin.* 18. Τϒ α μ μ η (8 8 8 8) | α υ μ β (υ υ υ υ) |
| *in notis col.* 2. *lin.* 24. patet. adde | uti mendoſe impreſſa eſt hic ſecunda ex iis ſiglis; in codice enim recte habetur υ non μ. Nexus vero, ſive 8 numeralibus notis ſuperimpoſiti Græcæ ſunt diphthongi numeralium vocum χιλιοςου finales. |
| *pag.* 41. *in notis col.* 2. *lin.* 8. Alpianus | Apianus |
| *pag.* 44. *in notis col.* 1. *lin, penul.* diſceſcerat | diſceſſerat |
| *pag.* 46. *in notis col.* 1. *lin.* 12. *ſeviro* | *ſevir* |
| *pag.* 51. *in notis col.* 2. *lin.* 13. *puello* | *paullò* |
| *pag.* 52. *in notis col.* 1. *lin.* 15. Jovio | Jovii |
| *pag.* 55. *in notis col.* 1. *lin.* 40. octogeſimum ſcilicet | octogeſimum, trigeſimo ſcilicet |
| *col.* 2. *lin.* 3. id bellua | id belluae |
| *pag.* 56. *in notis col.* 1. *lin.* 6. Ariſtitotelem | Ariſtotelem |
| *pag.* 61. *in notis col.* 1. *lin.* 1. Faenſiis. | Farneſiis |
| *pag.* 63. lin. 26. EQ. AUG. | EQ. AUG. * |
| *in notis poſt lin. ult.* adde | * EQ. AUR. legendum ſuſpicabatur Cl. Corſinius. Codex tamen perſpicue habet AUG. |
| pag. 64. *notam* 354. *omnino dele, ejuſque loco hanc ſubjice* | Is eſt Gaſpar de Venturellis Piſaurenſis, Franciſci Sfortiae archiater. Eidem inſcribitur *epiſ. ii. lib. IX.* Franciſci Philelphi *Gaſpari Piſaurenſi, medicoque Ducali*, qui etiam *eruditiſſimum medicum* illum appellat *lib. VIII. ep.* 21. Anno 1477. jam deceſſerat, ut ex publicis archivi noſtri tabulis didici. Plura dabimus, quum *de Viris Illuſtribus Piſaurenſibus* agetur. |

COM-

# COMMENTARIORUM CYRIACI ANCONITANI

## *NOVA FRAGMENTA.*

### EX LIBRO K. A. QVI INSCRIBITVR TVSCORVM LIGVRVMQ. VEL TVSCORVM ATQ. LIGVRVM. Manu propria.



Ntiquarum rerum bonarum indagationem approbo, laudoque, & Kyriacum Anconitanum ejusdem generis observatorem veneror, ac semper venerari propono. Manu alterius.

P. in χρ R. (1) P. feliciffimi nominis Novae B. Virg. Ecclesiae, & Sacrorum Apostolicae Sedis Cardinum Diaconus optimus, ac Max. Eug. Pontificis nepos clarus, & excolendiffimus.

### (2) Fragmentum vocabulorum vetusti in Mogontia libri.

*Abigit . expellit, fugat, minat.*
*Abjiercis . latro jumentorum, & pecorum ab abigendo dictus.*
*Abice . abspelle.*
*Abile . aptum.*
*Ab imo . deorsum.*
*Abilitus . oblitus.*
*Abissus . profundus.*
*Ablactatus . a lacte separatus.*
*Abligorire . non plurimum consumere. idem suspensus leviter cibum tangi.*
*Ablegavus . condemnatus.*
*Ablegurro . de gustu deglutio.*
*Abluo . purgo, lavo.*
*Abnegamus . si quid petitur, negamus.*
*Abrogans . dicitur humilis.*
*Aborret . discrepat.*
*Absolutus . bonus, perfectus, magnus, summus, grandis.*
*Absono . absurdo, praepropero, dissono, non simili.*
*Absterret . abjecit, quolibet contradicit.*
*Absorsit . foras ejecit, extraxit.*
*Abscedere . dum per absentiam discederemus diversum.*
*Aon . amoenitas.*
*Batioca . patera argenteea ad sacra.*
*Batracite . lapis.*
*Beatus . quasi bene auctus, scilicet ab habendo quicquid vult; differt a felice, quia beatus sibi tantum; felix etiam aliis.*
*Bombus . sonus tumidus.*
*Bitor . proficiscor.*
*Boat . anguis magnus.*
*Caelotini . caelestes.*
*Cenotaphia . simulacra.*
*Cirenus . heres.*
*Cyanea . gemma caerulei coloris.*
*Cynomia . musca canina.*
*Cirsum . carpentum.*
*Cliba . aspera, difficilia.*
*Clivus . ascensus.*
*Clipeola . annulus*
*Cocistrio . cabernarius.*
*Comeo . simul ambulo.*
*Compita . loca, ad quae undique conveniant.*
*Compos . voti possessor, & completio desiderii.*
*Compta . ornata, amabilis, mirabilis, & composita.*
*Comperio . invenio, cognosco.*

(1) *Pater in Christo Reverend. Petrus felicissimi*, & c. Petrus, nempe Barbus, Eugenii Pontificis nepos, qui in eadem Pontificali cathedra sedit Paulii II. nomine accepto.

(2) Nonnulla, quae huic Codici inserta sunt, consulto praetermisimus, nempe Pomponii Melae locum *ex lib. II. c.* 7. initium *lib. I.* Vitruvii; item *cap. 8. lib. II.* figuras etiam basium, capitulorumque Dorici, Jonici, & Corinthii ordinum ex Vitruvio petitae; ejusdem Vitruvii *lib. II.* initium; Valerii Probi notas Juris, &c. omnia enim edita sunt. Verum operae pretium facturos nos putavimus, si fragmentum hoc typis committemus; plura enim in eo sunt, quae eruditis non erunt injucunda, etsi mendis aliquot adspecta.

*Concrepare* . *conibere*, *idem consentire*.
*Conjector* . *interpres*.
*Condo* . *repono*.
*Confraga* . *loca sunt ubi undique venti conveniunt*.
*Conitio* . *aestimo*, *opinor*, *consentio*.
*Crustae* . *tabulae marmoris*, *unde marmorati parietes dicuntur*.
*Cuculla* . *a casa dicitur*, *quasi minor cella*.
*Cunctor* . *dubito*.
*Decens* . *pulcher*, *modestus*, *egregius*, *compositus*.
*Decentarius* . *Ingeniosus*, *promptus*, *decorus*, *docibilis*.
*Delituit* . *latuit*.
*Deciduus* . *desidiosus*.
*Decudes* . *decuriones*.
*Deflavit* . *elanguit*, *expiravit*.
*Deflagrat* . *furorem deponit*.
*Degluo* . *decorio*.
*Defunctus* . *quia complevit vitae officium*.
*Depegisse* . *deflexisse*.
*Depectio* . *pacis foederatio*.
*Deples* . *evacuas*.
*Deplexit* . *transvexit*.
*Deprecor* . *excuso*.
*Primores* . *primi viri electi*.
*Pridie* . *dictum quasi priore super*.
*Primipilus* . *qui primam bastam portat*.
*Pruio* . *aduno*, *decerpo*.
*Probe* . *honeste*, *bene*.
*Probrosus* . *inquinatus*, *maculatus*.

## (3) M. Vegius.

*Aurea*, *quam quondam deflevit*, *Musa Maronis*,
*Nunc hoc chrysoliti claudor in orbe culex*.
*Aurea Musa fuit*, *sumulus simul aureus ipse est*,
*Quem miserans etiam struxit Apollo mihi*.

(4) D. I. S.
MASIELLAE . K. F.
SILVATICAE
MODESTAE MVLIERI
(5) KYRIACVS PH. F.
(6) PICENICOLLES
PARENTI PIENTISS.
(7) ET SIBI
CLARAEQ. L. KORE
H. M. H. N. S.

ΜΑΣΙΕΛΛΗ
ΚΥΡΙΑΚΟΥ
ΧΑΙΡΕ.

## (8) A Panor.

ANCONIS SPLENDOR IACET HIC MASIELLA SEPVLCHRO
VNA PVDICITIAE KYRIACIQ. PARENS.

ANCONITANI . EGREGII . CIVES . QVI . APVD . VARANVM . OPPID.
EX LABORANTE MORBO PATRIA CIVITATE PESTILENTEM
LETHIFERAMQ. TABEM EVASERE . QVORVM . SE . NVMINIBVS.
LIBEROS CREDIDERVNT . SACRICOLENDAS . IMAGINES POSVERE . &.

(3) Huic Vegii tetrasticho duo praeponuntur Martialis, qui Cocus, ut in pluribus aliis MSS., dicitur epigrammata, quorum primum legitur *lib. VI.* 12., alterum *lib. I.* 93., quae ideo omisimus.

(4) *Deo Immortali Sacrum*.

(5) Discimus ex hac Inscriptione parentum Cyriaci nomina, quae incomperta prius erant. Cyriaci Silvatici nepotem se in *Itiner.* a cl. Mehus edito pag. 23. Cyriacus ipse profitetur. Verum hinc Masiellam Cyriaci Silvatici illius filiam, Philippo, ut puto, Pizzecollic nuptui traditam Cyriacum nostrum procreasse palam fit. *Masiellae* nomen ex *Thomasia* corruptum videtur, sive quod ita Anconae tum moris erat, sive quod Masiella Neapoli in lucem venerit, quum Cyriacus illius pater apud Carolum Regem degeret; ea post hujus mortem Anconam in patriam Silvaticum se recepisse non est dubitandum, quum in vetusto Anconitani tabularii libro ad annum 1390. pag. 164. habeatur: *Electio DD. Ambasciatorum Cyriaci Poli de Selvaticis*, *&c.*

(6) Gentilitium Cyriaci nomen revera *Pizzicolli* fuit; in iis enim, quae laudavimus, Anconitanae reipub. actis pag. 12. legitur *Grassus de Pizzicollis*, qui pag. item 65. *in extractione duodecim Consiliariorum tempore guerrae* memoratur anno 1378., & pag. 22. ubi *juramentum Consiliariorum* habetur anno 1391. praestitum, recensetur *Marinottius Nicolai de Pizzicollis*. Id tamen nomen Cyriacus novo levitatis exemplo, quod avida nimia per ea tempora erreptum est, mire detorsit, ut antiquitatem redoleret.

(7) Nisi valde fallor Clarae etiam ancillulae suae memoriam Cyriacus hac inscriptione commendatam voluit: *Claraeque Libertae Kore*, Graeco vocabulo juvenem seu puellam denotans. Fortasse quod Cyriacus Graecis literis expresserat ita, qui codicem descripsit, latinis reddidit; nisi forte gentilitium Clarae nomen sit.

(8) Hoc Panormitae distichon iterum habetur in fine codicis; verum ibi *vetustatis* legitur loco *pudicitiae*. Utra lectio Panormitae fuerit, divinare non audeo; alteram Cyriaci emendationem esse, nemo non videt.

Apud

Apud Varanum in Piceno, Anconitanae civitatis vicum, ubi KYRIACO PR. (9) cives complures vitandae peſtis cauſſa convenere; qui poſtquam ſe incolumes evaſiſſe cognoverant, B. Mariae Virg., Conſtantiique, & Sebaſtiani, qui ab omni morbi contagie tutelares habebantur, imagines in foro depictas imponere religioſiſſime curavere, quibus & ego K. ipſe Praetor tale ſubpoſueram hypogramma.

Quum Graeciam viſendi orbis gratia exacta tempeſtate percurrerim, magnificentiſſimi Florentini Domini, & Epireis, Aetoleis, Locreiſque viſis urbibus, & praetermiſſis, apud Phocidem ſummo ſtudio ad ſacram vatidici Apollinis Pythii inſignem Delphorum civitatem, & jam collapſam veniſſem, alia inter vetuſtatis egregia monumenta porphyreo in lapide antiquis, & doricis literis comperimus Julium Leucum Nicomediae proprium Bithyniae Metropolitanae civitatis civem, eumdemque Athenienſem, Thebaeum, Corinthium, Pergamenum, Smyrnaeum, Epheſinum, Antiocheumque dono honoris cauſa civem conſcriptum fuiſſe (10). Ex quo dum mihi eadem, quam ſupra diximus, cauſa, & magno viſendi orbis deſiderio multas in Latio, & extra, praeclaras urbes indagare, incolereque contigiſſet, & tali me quandoque dignum honore facere peroptaſſem, ut extra propriam Anconitanam Patriam civitatem in Latio a digniori inciperem, Florentia me florentiſſima civitate veſtra donatum fore ſummopere cupiebam. Nam multis, & honeſtiſſimis meritis eam alias inter Italas urbes diligere, amare, celebrareque jam diu, & a teneris, ut ajunt, unguiculis conſtitui. Cum & poſthabita Roma omnes inter Latias, & nobilitate, Etruſcaequae antiquiſſimae gentis origine, civium praeſtantia, virtute, & politica pulchra ſua democratica libertate, nobilium, & optimarum artium, diſciplinarumque omnigenum, opum, & ornamentorum omnium inſignem, praeclariſſimamque eſſe non modo nos, & qui viderant intelligent, ſed externae per orbem nationes graecae, barbaraeque cognoverant. Opto bene, felicioreſque diu valeatis. Ex florentiſſima Tuſcorum urbe non. Martiis. (11) E. P. A. XI. Kyriacus Anconitanus (12) pſ. M. D. V. dicatiſſimus.

SANCTVM FELICISSIMVM FAVSTVM ET BEATVM ESTO S. P. E. (13)

Tuum hoc hodie v. non. Martii die recens ſolenni ordine conſecratum XII. hujus tui Pontificatus anni principium, ut perinde ac exactis IX. & XI. Graecos, Armenos, Cilicaſque, & cum iis gelido ſub axe Sarmatas, Hiberos, Colchos, & Cappadoces, devotiſſimo (14), F. tuo IŌ Palaeologo inclyto Graecorum Rege, Conſtantinopolitanove Imperatore potiſſimum intercurante, & demum nuper ab Aegypti Memphitico Patriarcha ꝑ pientiſſimos Jacobitas almi Spiritus afflante numine, tua potiſſimum opera, labore, impendio, vigilantia, atque ſollertiſſima cura III. ſacris Florentinae Synodi ſeſſionibus almae Apoſtolicae, & orthodoxae fidei conciliatos vidimus; ita & in hoc Ss., & Apoſtolico XII. digniori, perfectiorique numero, Latinum pium, & religioſum imperium, ſanctumque tuum & excolendiſſimum nomen, atque divinum Chriſtianae fidei cultum ſuper Macedonas, & Thracas, ſupraque Aethiopas, Garamantas, & Indos proferre utique digne, pie, feliciſſimeque videamus. Tois iis igitur optumis feliciſſimiſque coeptis magna, & SS. illa caelicolum numina faveant, & aſpirent, quorum divis auſpiciis Chriſtiana alma Religio proſtratis ſuperſtitionibus omnigenis, atque Schiſmatibus infandas alias omnes valuit antiquare. (15) E. S. T. Dicatiſſimus K. A.

(9) Quo anno Cyriacus in oppido Varano Praeturam geſſerit, incompertum nobis eſt. Verum conſignandem eſſe annum 1420. ſuadet Saracenus, ita ſcribens *in Hiſt. Ancon. pag. 246. Nel detto anno 1420. di Giugno, e Luglio in Ancona ſi fece ſentire la peſte.* Neque vero quiſquam ſupereſſe adhuc in foro Varani oppidi picturas illas, aut inſcriptionem exiſtimet; vix enim ejuſdem oppidi pene diruti ſuperſunt veſtigia.

(10) Lapſus profecto memoria fuit Cyriacus, cum haec ſcriberet; non enim Julius Leucus, ſed T. AElius Aurelius Theodotus is eſt, qui tot urbium civitate donatus fuerat. Inſcriptionem Delphis a ſe repertam deſcripſerat Cyriacus in commentariorum fragmenta Romae edita p. 204.; eamdem dedit Muratorius pag. 731. 1.

(11) *Eugenii Pontificis anno XI.*

(12) *Praefatarum magnificarum dominationum veſtrarum.*

(13) *Sancte Pater Eugenii.*

(14) *Filio Johanne.*

(15) *Eugeni Sanctiſſime tibi dicatiſſimus Kyriacus Anconitanus.*

D. M.

D. M.
I. (16) LABIENO
RENATO
LABIEN PROCVLA
MATER
B. M.

Haec eadem quae de nobilissimo Tuae Inclitae Majestatis nomine Renato antiquissimo in lapide apud Doricam Anconem tibi jam diu, & familiae Regiae Tuae deditissimam urbem, nostram & dulcem patriam in agro Pentelariae, & in vinea N. Maronocii (17) consanguinei mei antiquis, & ornatissimis literis consculpta comperimus, hoc hodie Regiae Majestati Tuae loco rescribendum delegi, Serenissime Renate Rex, ut & perinde ac aevo nostro te magnis, regiisque mundi principibus permixtum vides, ita & prisca aetate Latinorum quoque claris, antiquissimisque nominibus insigne tuum, & venerabile nomen utique permixtum intelligas. Vale. Ex Fiorentia V. (18) K. Sextilium die. Eidem S. R. M. tuae dicatissimus Kyriacus Anconitanus.

Ut res dignae memoria posteris mandentur, notum sit haec legentibus, anno MCCCCXXXVIIIJ. Legatos Armeniorum ad Eugenium PP. IIII. eo tempore in hac urbe morantem venisse, qui eodem anno x. Kal. Decembr. cum generale Concilium magna & Cardinalium, & Episcoporum frequentia in hoc celeberrimo templo coactum esset, eidemque Concilio idem Pontifex praesideret, dogmata Romanae Ecclesiae summa cum veneratione acceperunt, eaque e nostra in Armeniam linguam traducta secum in patriam contulerunt.

Armeniorum, quod mihi pridie dedistis, copiosum, & elegans epigramma vidimus, praestantissimi viri: nec ociose quidem: nam ad aquarum balnea Pisarum ea me forte die parato equo conferre properabam. Sed ex itinere demum perlecto ejusce contentum, sententiamque probavi, & ni verborum copia, lapicidum labor, & difficultas, modicaque marmoris capacitas obstitissent, omnia quippe, ut rem a doctissimo viro editam, probassem, & quodammodo laudare potuissem. Nonnullis igitur partibus, minutve necessariis demtis, paucioribus denique literis, rem ipsam iisdem comprehensam sen entiis confeci, & quoad potui, nostro de more antiquitate ipsa, nec non gentilium gravitate priscorum servata. Hasce quidem igitur hodie vobis optumis, & dignissimis viris, quae digna mihi potissimum visa sunt, insigni tabellae rescribenda descripsi. Valere vos diu feliciores opto providentissimi Hieromnemones. K. A. vobis, & vestrae florentissimae Reip. deditissimus. Ex Empoliano Oppido K. Augusti 1442.

(16) Edita est haec inscriptio a Muratorio *pag.* 1181. 6. cum hac annotatione: *Interamnae, nunc Terni, misit N. V. Ferdinandus de Vicecomit; de Cittadinis. In Schedis Farnesiis ponitur hoc marmor Anconae.* Anconae tamen olim fuisse non est cur dubitemus, praesertim quum Cyriacus locum ipsum ubi servabatur, vineam nempe N. Marinotii consanguinei sui designaverit. Interamnam advectum postea fuisse, etsi possibile sit, tamen vix credo; ac potius existimo D. Ferdinandum de Cittadinis inscriptionem ex aliquo codice accepisse, in quo perperam, quod saepenumero evenisse scimus, lapidis patria indicata fuerit. Ut ut sit, animadvertendum est deesse in Muratorio solemnes siglas D. M., & Labieno T. praenomen addi.

(17) Recte Cyriacus Nicoleum Maronocium consanguineum suum appellat; ex eadem enim Pizzicollia familia Maronotiam derivasse non dubito. Nicolaus enim iste, qui anno 1430. Vexillifer Anconae fuit, & qui in laudatis reip. Ancon. actis *pag.* 72. *Nicolaus Marinotius* dicitur, filius fuisse videtur Marinotii Nicolai de Pizzicollis, qui anno 1390., ut habetur *pag.* 22. inter consiliarios sacramento se obstrinxit; nisi forte stemmatis etiam argumento id efficiatur; nam in eodem scuto, ut appellant, Marinotiae, & Pizzicollisae familiae insignia simul picta inter familiarum, quae jamdiu defecerunt, stemmata Anconae visuntur.

(18) Deest anni numerus. Sed est 1442.. Paucis ante diebus Renatus Rex Florentiam venerat, Neapolitano regno ammisso, ibique usque ad 22. Septembris diem commoratus est, ut diligentissime notatur in veteri M. S. *Prior.* bibliothecae S. Mariae Novae, cujus particulam communicavit mecum vir, avita nobilitate, praestanti ingenio, omnigenaque eruditione clarissimus Antonius Marchio Niccolinius. Ea sic habet. *Il Re Ranieri addì 15. di Luglio 1442. al tempo de' detti Priori entrò in Firenze con grande onore, e fu alloggiato nella casa di Lorenzo d' Ilarione de' Bardi, e il Comune gli fece le spese, e la parte Guelfa gli dava ogni dì fiorini 15., e durò fino addì 22. di Settembre, dov' egli sen' andò per la via di Pisa.*

CVM

CVM IN HANC VRBEM EX ARMENIA LEGATI AD EVG. IIII. P. M. IX. EIVSDEM P. ANNO VENISSENT OPT. IPSE PONTIF. AD X. K. D. SACRAM ET OECVMENICAM SYNODON MAGNA PATRVM FREQVENTIA HAC IN CELEBERRIMA AEDE AMP. ORDINE HABVIT VBI ORTODOXA EDOCTI FIDE DOGMATA R. ECCL. SVMMA CVM VENERATIONE SVSCEPERE EAQ. E NOSTRA SVAM IN LINGVAM TRADVCTA IN PATRIAM CONTVLERE ❧
(19) A. D. M. CCCC. XXXIX.

*Aedilibus claris, ac optimis Florentinorum magnae Aedis B. Mariae Virg. Floridae ex amplissimo Hieromnemonum Ordine viris.*

EVGENIVS . IV. P. M. IX. EIVSD. P. A. AD . D. K. DEC. SACRAM , ET OECVMENICAM SYNODON MAGNA PATRVM FREQVENTIA HAC IN CELEBERRIMA AEDE AMPLISS. ORDINE HABVIT VBI EX ARMENIA LEGATI. QVI HVIVSCE EXCOLENDAE REI GRATIA FLORENTEM HANC IN VRBEM AD EVM VENERANT ORTHODOXA EDOCTI FIDE DOGMATA R. ECCLESIAE SVMMA CVM VENERATIONE SVORVM O. NOMINE SVSCEPERE A. D. M. CCCC. XXXIX.

Ad IV. Non. Aug. ad felicia Pisarum ab aquis balnea e Florentia venimus valetudinis instaurandae gratia, ubi postquam me flumine sancto ablueram, ab omni scabiarum tabedie me purgari, mundarique haud dubie sensi, optima juvante Loto (20), necnon tepente thermis nympharum praeclarissima Cymodocea, nam amoenas, & suavissimas aquas sensimus, quas vetustas scaleas, murumque ex lapide circumdare conspeximus, Matheldae illius praeclarissimae comitissae opus haud ignobile, quoi nos in lapide tale posuimus epigramma;

(21) MATHELDIS ❧
COMITISSA ❧ INSIGNIS
OB . HVMANAM . VALITVDINEM
INSTAVRANDAM . PRAESERVANDAMQ.
AMOENA HAEC AB AQVIS ET SALVBRIA
BALNEA
IN OMNIGENVM HOMINVM VSVM
OMNI CVM ORNATV CVLTVQVE
DICAVIT

K. ❧. A.

A. D. M. C. XII. K. MAIAS.

(19) Armenios ad Catholicae Ecclesiae unitatem in Florentina Synodo rediisse, ejusque unionis decretum ab Eugenio Pontifice X. kal. Decembr. 1442. promulgatum fuisse ejusdem Concilii acta testantur. Rem memoria dignam monumento p situ commendare statuerent amplissimi Florentinae Ecclesiae Aediles. An autem praestiterint, nescio; neque enim inscriptio illa, de qua Cyriaci judicium exquisierunt, neque ea, quam Cyriacus restituit, usquam apparet, ut idem Niccolinius significavit.

(20) Nympha Neptuni filia, V. Ovid. *Metam. lib. IX. Fab. VI.*, & Servium ad *II Georg. v. 84.*

(21) Ratio ipsa itineris, quod Cyriacus a se factum describit, & adjunctum illud *ab aquis* satis indicant illum non ad Pisana Balnea se contulisse, quae nunc maximo in honore sunt, sed ad vetusta illa, vulgo *Bagni a acqua*, in collibus Pisanis Volaterras versus sita, quorum tum fama maxime percrebuerat, opera praesertim Ugolini a Montecatino, qui quum apud Malatestam Pisaurensium Dominum, annuo quingentorum aureorum stipendio conductus, medicinam faceret; eumdem Malatestam ad ea balnea misit, ut a gravissimo, quo vexabatur, morbo recrearetur. Quod quum feliciter evenisset in causa fuit, ut praeclarissimi quique Italiae proceres eadem balnea frequentarent. Illuc igitur se contulit etiam Cyriacus noster, ibique a teterrima scabie convaluit. Quum autem antiquitates de more inquireret, ac miraretur fortasse aedificiorum, quae adhuc supererant, reliquias, accolae, quod populari traditione ferebatur, Cyriaco persuaserunt, Matheldis nempe comitissae opus fuisse. Cyriacus vero, ut erat ad antiquitatis monumenta immortalitati commendanda paratissimus, simul ut gratiam morbo liberatus referret, inscriptionem hanc marmoream ponendam curavit, quae adhuc extat. Primus omnium illam in *Comment. Com. Mathil.* edidit Florentinius, praeclarissimae mulieri coaevam fortasse existimans. Ut anecdotam ex *M. S.* Capponio iterum vulgavit Gorius *Tom. II. inscr. Etr. urb. pag.* 461, sed ultimo versiculo mutilam. Integra tandem prodiit opera Cl. Targionii viri de naturali Philosophia aeque ac de re antiquaria optime meriti *Tom. I. Relaz. d'alcuni viaggi pag.* 157., qui illam ex ipso marmore descripsit. Ait Targionius *questa iscrizione subito si dà a conoscere per supposta due secoli fa*; & *pag.* 167. postquam vetera aliquot monumenta ad castrum Balnei aquarum pertinentia memoravit, rem ita concludit, ut statuat, *che la contessa Matilde non fu quella, che scoperse la prima quest' acqua nel 1112., e che sia apocrifa la riportata iscrizione.* At enimvero ex nostro codice dilucide patet Cl. Targionium recte pronunciasse inscriptionem illam Matheldis aetate multo esse posteriorem; errasse vero dum duobus ab hinc saeculis suppositam fuisse scribit; quam revera ante trecentos annos insculpta fuerit, non ut fucus eruditis fieret, sed palam ante oculos omnium authoris nomine proposito duabus illis figlie

## VOLATERRAE.

*Ad Aedem B. Stephani marmorea statua magna absque capite truncis manibus.*

*Locus statuae est in* (22) *medio; epigramma debet poni ubi est signum* . ✠.

2. (23) SODALES A. NOVIO. A. L. PLICONTI SEVIRO AVGVSTALI. ✠.

Ad IIII. non. Aug. ad exoptata illa tamdiu ab me Pisarum aquea, suaviaque thermarum balnea venimus, kariſſime, atque suaviſſime Gaſpar (24), valetudinis, ut noſtis, inſtaurandae gratia; ubi me poſtquam flumine ſancto ablueram, ab omni taedioſa ſcabierum tabedie me purgari, mundarique certiſſime ſenſi optuma adjuvante Amphitoe, & (25) Panopaea Nereidum clariſſimis, & amoenis Virginibus; nam ſuaves, & ſaluberrimas contigimus aquas, vetuſtis quoque ſcaleis muroque conſpicuo vidimus circumſeptas, Matheldae illius praeclaris. Comitiſs. pium utile, dignum, & ſibi decens, atque peridoneum opus; nam & ſi bene recolimus Diva ipſa Matheldis beata per elyſia, & virentia deliciarum loca Dantem (26) p. jocundiſs., & concivem Clar. tuum ex Letheis, Eunoeiſque divinis, & ſalutiferis aquis inſigniter doctum madidum, & ablutum, necnon plene, feliciterque potum (27) fecerat, quoi B. M. feminae hoc ibidem ex lapide poſuimus epigramma:

MATHELDIS COMITISSA INSIGNIS

ob humanam valitudinem inſtaurandam, praeſervandamque amoena haec ab aquis, & ſalubria balnea in omnigenum hominum uſum omni cum ornatu cultuque DICAVIT.

Exinde vero me poſtquam ad integram iiſdem ab optumis aquarum nymphis reſtitutum valetudinem cognovi, ut optabam, & tibi jam pridem perpollicitus fueram, ad xv. Kal. Sept. Volaterranam patriam dulcem, & egregiam tuam, antiquam & Etruriae Civitatem venimus, ubi non pauca quidem nobilium vetuſtarum rerum monumenta conſpexi, & inter potiora, antiqua, atque nobilia, & magnis condita (28) lapidibus moenia. Sed intra tantae Civitatis portas una tuo cum optumo parente Antonio, Octavioque dulciſſimo germano, praeclariſſimae nempe indolis adoleſcente, qui me quanta humanitate ſuſceperint noveris poſtea, ſimul cumque Decurionibus,

ſiglis K. A., id eſt *Kyriacus Anconitanus*. Habemus hinc præclarum teſtimonium, non modo egregiæ naturæ, ingeniique Cyriaci noſtri, qui ſolo antiquitatis amore in retinendis locorum, etſi e patria ſua longe remotorum, monumentis nec diligentiæ, nec ſumptibus parceret; verum etiam incorruptæ, atque integræ voluntatis; ex eo ut, niſi valde fallor, plane conſtet Cyriaci fidem injuria in dubium a nonnullis revocatam fuiſſe, quum ille in iis inſcriptionibus, quas in marmore incidi curabat, ne qua fraudis ſuſpicio in poſterum oriretur, ſingulares literas, quibus nomen ſuum perpetuo notabat, adjiceret. Reliquum eſſet, ut inquireremus, an Mathildis comitiſſa *in omnigenum hominum uſum omni cum ornatu cultuque* balnea illa dicaverit, ut Cyriacus teſtatum voluit. Sed hoc Etruſci viri in antiquaria re eruditiſſimi viderint; nobis enim ſat eſt traditionem hujuſmodi apud accolas per ea tempora viguiſſe, ut Cyriacus illam inſcriptionem commendare ſine fraude potuerit. Fortaſſe etiam hauſit id Cyriacus ex vetuſtiori illa inſcriptione, quam laudatus Targionius memorat *pag.* 157. *Sopra alla porta principale del Bagno adeſſo murata è un iſcrizione in pietra ſerena, ma tanto guaſta dalle ingiurie de' tempi, che niente ſe ne rileva.*

(22) Putat hinc Cyriacum in ſuis Commentariis ſtatuam etiam, & ornamenta delineaſſe; eum vero, qui codicem deſcripſit, pingendi artis ignarum illa omiſiſſe; quod & clarius infra patebit.

(23) Gruterus ex Apiano edidit *pag.* CCCCXLII. 6. eodem loco deſignatam. Gorius item dedit *Inſcr. Etr. Urb. Tom. II. pag.* 168. *ad ſtatuam quamdam*. In Grutero legitur PLECONTI.

(24) Is eſt Gaſpar Zacchius, Antonii filius, ſummo genere Volaterris natus, Graecis, Latiniſque literis eruditus, Beſſarioni Cardinali Nicaeno tunc a ſecretis, deinde a Pio II. apud quem familiaris aliquando egit, ad Auximatem Eccleſiam aſſumptus. V. Blondum *Ital. Illuſtr.* Leandrum Alberti *Deſcriz. di tutta l' Italia*, & P. Macſi *Bibl. med.*, & *inf. Lat. Fabric. lib. VII.*

(25) Amphitoe, & Panopaea Nereides ambae non hic advocandae erant, Najadibus contemptis, quorum numini fontes delira adſignavit antiquitas, ut Servius docet *Æneid. I.* v. 504. Sed Cyriacus noſter intemperanter eruditus, ſaepe multa turbat.

(26) Dantem poetam Gaſparis Volaterrani concivem appellat non domo, ſed natione; uterque enim Etruſcus fuit.

(27) Vel hic duntaxat locus ſatis demonſtrat, quantum ingenii aeſtus Cyriacum, dum ſcriberet, a propoſito abriperet; a gentilium deliratiónibus ad Poetarum commenta tranſit; & Dantem prae oculis habet *Purgator. Cant.* 31. & 33. ubi poeta fingit ſe a Matheldi Comitiſſa Lethes, Eunoeſque fluminum aquis immerſum fuiſſe; inde ait

*Io ritornai dalla ſantiſſim' onda*
*Rifatto sì, come piante novelle*
*Rinnovellate di novella fronda.*

(28) Volaterranae urbis moenia tot laudant, quot de ea praeclariſſima urbe ſcripſerunt. V. illorum orthographiam apud Gorium *Muſ. Etruſc. Tom. III. cl.* 2. *tab.* 1.

& Benedicto (29) Pasquino Jureconsultis. necnon Viro docto Hieronymo Rhonco (30) B. M. que P. rei scriba marmorea insignia plura vidimus, & Argivae Helenae rapinam, omneque tam vetustissimae rei facinus conspicuum arte, statuasque alias praeclaras, sed multa ex parte vetustate defectas; & quod magis adnotandum duxi, latina quaedam nobilia comperimus epigrammata, quae hisce omnia benevolentiae tuae rescribendum curavi, ut tua de nobili patria, quae tu non usque vidisti, ex Kyriaco tuo videre facilius posses.

(31) χαῖρε σὺ μεν δη' ἀνδρῶν πανάγαθε καὶ μοι πολυφίλτατε Γάσπαρ: & Rmo (32) communique Domino nostro, & excolendissimo Cardinali Nicaeno me saepe, & multum percommissum exhibeas velim, necnon (33) Lilio nostro in primis dulcissimo, lepidissimoque plurimam ex me salutem dabis, & sibi utique literas ostentare velis, & tuorum monumenta priscorum, ut & suae uno tempore claritati, tibique me satis dixisse videar. Ex Volaterreis urbe vetustissima, eo quo supra ad eam venisse diximus xv. Kal. Sept. die. Kyriacus Anconitan. Tuus.

*Apud Volaterranam Silicis portam.*

3. (34) C. TRAVLVS. C. L.
PHOEBVS. SEVIR
AVG. V. A. XXXVII.
PERGONIA PRIMA.

*Ad Æd. B. Alexandri extra Civitatem.*

4. (35) D. M.
CASTICIAE VICTORI
NAE CONIVGI DVL
CISSIMAE ET DESIDERA
NTISSIMAE CASTICVS
COCCELLANVS CONIVGI
B. M.

*Ad Æd. B. Lazari extra moenia.*

5. (36) L. BAEBI AVRELIANI
BAEBI. NOVIANVS. ET
SECVNDINVS. PATRI.
ET. AVRELIVS. MAXIMVS
FRATRI. ET. BIBIA. PRO
FVTVRA. CONIVGI.
CARISSIMO
B. M.

*Ad marmoreum lapidem in foro.*

6. (37) CAECINIA. L. F.
PRIMA. V. A XIII.
POMPONIA MATER
FILIAE

7. (38) C. CILNIVS C. F. VARVS
IIII VIR

(29) Quanto in honore Volaterris literae tum haberentur vel ex hoc intelligas, quod decuriones, Reipublicae scriba, & principes ejus urbis viri Cyriacum mirabili cum benevolentia prosequerentur *per urbem, & suburbana loca, & extra mirifica civitatis moenia, pomeriave fines, per fontes, & dirutos longinqua vetustate muros*, ut ipse Cyriacus infra narrat. Antonius siquidem Gasparis Zacchii pater, ut habent acta a Mario Guaraccio doctrine, & dignitate spectatissimo viro humanissime ad me missa, supremum patriae suae magistratum initat anno 1418., & Benedictus Pasquini ex Brocardia gente eodem functus fuerat anno 1439.

(30) *Benemeritoque publicae rei Scriba.*

(31) *Salve tu quidem hominum optime, & mihi pluribusque carissime Gaspar.*

(32) Gasparem Volaterranum e secretis Bessarioni Cardinali fuisse tradit Blondus ut supra not. 23. innuimus; ex hisce tamen Cyriaci verbis aliquis fortasse suspicari posset, ipsum etiam Cyriacum inter ejusdem Cardinalis domesticos numerandum esse; Verum si Cyriaci indoles, perpetuaque ejus itinera diligenter attendantur, dicendum profecto est, illum propter Graecorum literarum duntaxat studia Nicaeno Cardinali conjunctum, eundem ex dignitate *Dominum* appellasse, non quod in famulatu ejus aliquando fuerit.

(33) Lilium Ægidium Liberium Tifernatem intelligit; de quo vide Fabricium *Biblint. med., & infim. Lat. lib.* XI.

(34) Eadem est in Gorio Tom. II. *Inscr. Etr. Urb.* pag. 167. Ediderat etiam Fabrettus *Inscr. Dom. cap.* IX. n. 303. *ex Schedis Vaticanis*, quod Gorius non vidit. Fabrettus habet TRAVIVS.

(35) Gorius eodem Tom. II. *pag.* 171. edidit hac adjecta annotatione: *Turpibus mendis deformatus legitur hic titulus apud Reinesium Cl. XII.* (l. XIV.) *n.* 40., *& Fabrettum cap. IV. n.* 69. *quod vero hic silentio minime praetereundum est scriptum in marmore non* DESIDERATISSIMAE, *sed* DESIDERANTISSIMAE, *atque ita expresse habeat plures tituli*. Verum Fabretto danda est venia, una enim duntaxat literula peccavit DESIDERATISSIMAE. Reinesius habet CASTITIAE, & CASTITIVS, COCCEIIANVS, DESIDERANTISSIMAE. COCCELLANVS legitur in nostro codice, COCCEIANVS in Gorio.

(36) Ita ex Apiano ediderat Gruterus *pag.* DCCXXII. e. Gorius *pag.* 171. laudati operis in *Ædibus Nobilium de Maffaeis* esse scribit; addit insuper singulares literas D. M. folio intermedio, & pro BIBIA habet VIBIA.

(37) Licet in codice nostro perinde ac in Grutero *pag.* CCCLXXVIII. 3. jungantur haec & sequens Inscriptio, tamen hanc ab altera sejungendam esse lubens concedo propter interpositam Cl. Gorii auctoritatem, qui cum lapides ipsos inspexisset, seorsim edidit: hanc nempe *pag.* 158., alteram *pag.* 168. ejusdem Tom. *II. Inscr. Etr. Urb.* Cyriacus ea eo fortasse deceptus fuit, quod utrumque marmor Volaterris in foro pariete aliquo simul infixum viderit; eodem prorsus errore, quo in evulgando Pisaurensi lapide ductus fuit Fabrettus *de Col. Trajan.* cap. II. *pag.* 38., & *Insc. Dom. cap.* X. n. 51., ut in notis ad *Marm. Pisaur.* n. VIII. diximus. Ceterum Gruterus ex Apiano habet CAECILIA, Gorius CAECINA.

(38) In Grutero deest Cilnii cognomen VARVS.

*Ad Æd. Carbedralem in pavimento ad marmoreum lapidem.*

8. (39) DIS . MANIBVS
VOLASENNIAE PYRAMIDIAE
L. VOLASENNA NOVIANVS
MATRI . PIISSIMAE

*Ad alium lapidem.*

9. (40) D. M.
CERFICIO SEVERIO CERFICIA SEVERINA.
CERFICIVS SEVERINVS PATRI.
ET VELINIA ARTEMIDORA CONIVGI
(41) BENEMERENTI VEL B. M.

(42) *Vacat*

**Hieronymus de Ronco pl. S. D. Gaspari suo Volaterrano.** Cum pro eximiis hujusce Volaterranae inclitae Urbis, singularibusque erga me beneficiis cives tuos omnes meritissimo amem, mi suavissime Gaspar, te tamen ut extra gregem arctiori quodam benevolentiae modo complecterer, effecit his diebus adventus ad nos studiosissimi, atque acutissimi viri Kyriaci Anconitani, qui a Balneis Pisanis ad hanc visendam urbem honesto animi ardore perductus tam multa de bonitate ingenii tui, de studio, de doctrina, de moribus, de amore denique erga me tuo, tamque gravia atque honorifica attulit, ut summi viri testimonio, perinde quasi aliquo maximorum deorum oraculo permotus, non jam amplius ut Volaterranum, & hominis amici filium, sed plane ut probum, ingeniosum, doctum, optimumque juvenem, & mihi in primis amicissimum te diligam. Nec vero hoc solum in me accessus ejus operatus est, tibi ut affectior fierem, sed meam quoque in ipsam (43) hanc urbem observantiam mirifice auxit. Nam cum, nescio negligentia ne mea an fato potius quodam, trigesimum jam mensem hic manens ex claris vetustatis insignibus vestris nullum, aut perpacua cognovissem, hic intra biduum summa diligentia, incredibili studio tam multa invenit, cognovit, explicavit, quot vix in Etruria quidem tota prius putassem, quibus cum eo, imo vero per eum intellectis, & ex eis vestigia multa priscae magnitudinis vestrae recognoscens, incredibilem accessionem amori in vos meo haud dubie feci. Sed de mea quidem vel in te, vel in urbem tuam affectione alias uberius; nunc de K. nostro, & acerrima ejus industria persequi libet. Lustravit ille quidem, pervagatusque est omnes urbis, & suburbium partes; statuas quasdam marmoreas partim comminutas, partim integras, egregias tamen variis in locis abstrusas invenit, exemplavitque (44), uniuscujusque partis praestantiam peritissime imitatus. Moenia quoque vetusta urbis quadratis maximisque lapidibus structa aliquot locis visens, & cum eorum molem, tum structuram diligenter tractans, mirum quam jucunde, quamve scienter de tota hac architectica ratione disputaverit, ut facile appareat hominem maximi ingenii, eximiaeque doctrinae, contemptis vulgi rumoribus, abjectisque corporeis voluptatibus omnigenae venerandae vetustatis cognitioni acrem operam, & indefessum studium diutius adhibuisse, non contentum solis litteris, quae tamen, sive graecas, sive nostras velis, tantae in eo, tamque variae else mihi visae sunt, ut nihil in vita aliud egisse credi possit; quod quidem pluribus assequor

(39) Reinesius *Cl.* XIII. [non XVII. ut habet Gorius] *n.* 57. Fabrettus *Cap.* IX. n. 490. ex schedis Vaticanis, & Gorius *eod.* Tom II. *pag.* 170. Volasenniae tamen cognomen emendatius exhibuisse Gorium existimo PYRAMIDAE.

(40) Gruterus ex Apiano *Parma in Bahl. Episcop.* ponit *pag.* DCCXXV. 9. Gorius ex vetustis Schedis Bibliothecae Strozziae Volaterranos in aetustae Inscriptionis possessionem restituerat *pag* 171. *laud. oper.* Accedat Cyriaci testimonium, quod controversiam omnem tollit. Gruterus habet ATHENODORA.

(41) Gruterus B. M. Gorius BENEMERENTI. Cyriacus parum memor, expresse an per singulares literas ea formula in marmore insculpta fuerit, ingenue utramque apposuit, particula *vel* adjecta; quam importune is, qui codicem descripsit, velut inscriptionis partem majusculis literis appinxit.

(42) Id fortasse adnotatum est, quod in Cyriaci Commentariis lacuna aliqua fuerit ad reliquos Volaterranos lapides excipiendos.

(43) Patet hinc Hieronymum de Ronco virum eruditissimum, & Volaterranae Reipublicae Scribam, Patria haud fuisse Volaterranum. Gentem *de Ronco* Faventiae ex saeculo floruisse notum est, atque inde Forolivii late fusisse tradit anonymus author *I Lustri ant., e mod. di Forlì lib. II. cap.* 2. neque tamen Hieronymus continuo Faventicis adjudicandus est; fieri enim potuit, ut a *Roncolla* aliquo Volaterrani agri castro, ut vir doctus existimabat, nomen duxerit, quod laudato Praesuli Mario Guarnaccio gratularer, cujus familia in illo pago nunc dominatur.

(44) Hinc intelligimus Cyriacum non modo scriptos lapides, verum etiam reliqua antiquitatis vestigia in sua commentaria diligenter retulisse.

con-

conjecturis, sed hac praecipue quod deambulantibus nobis per civitatem, & una nobiscum Ruberto (45), Angelo, Gabriele, & aliis studiosis, qui ejus suavitate, & doctrina capti ab hominis latere numquam discedebant, medio itinere ab alterutro nostrum fortuito, & extempore rogatus permultos poetarum, historicorum, philosophorum praeclaros locos scientissime explicavit; multorum verborum haud ignobilium vim, proprietatem, derivarionem ostendit, quae nemo nostrum prius intelligebat. Illud autem admirabilius, quod prisca pleraque epigrammata marmoreis inscripta tabellis, ex caecis quibusdam latebris evulsa, ac ex ipso pene orco in lucem producta, quae perpauci ante hac aetate nostra viderant, nullus quamcumque doctissimus cognorat, divino acumine miras literarum imbreviaturas nobis explanans cognita reddidit; adeo ut quae inextricabilia aenigmata primum putassemus, nunc gravissima sapientissimorum hominum monumenta miremur. Ego quidem, qui Kyriaci fama jam pridem cognita, ejus studium, & diligentiam in perquirendis, colligendisve undique vetustis rebus, ejusdemque acumen ac peritiam in explicandis ambiguis epigrammatibus, novisque condendis non ignorabam, nunc demum certiori sumpto experimento tam vinci famam ejus a praesentia perspexi, ac pene mendacem, & malignam esse, quantum a vero falsum, quantum a cycnis candentibus ululae superantur. Haec igitur mecum existimanti, si mihi liceret eum tibi invidere faterer, per quem a me & cognosceris, & amaris, faterer plane. Permagnum etenim est tanti viri conversatione assiduo frui, & non mediocri dignum invidia. Satis erat tibi eum habere dominum, qui ut fama fert, & ipse Kyriacus affirmat, omnium sui ordinis patrum doctissimus est, atque etiam humanissimus, si non & hunc tam cito nobis auferres. Sed ignosco tibi plane, & te hortor, oroque, ut eo quandiu isthic erit, pro me etiam cupide perfruaris, quandoquidem nobis non licet. Proficiet enim majorem in modum studiis tuis hujus viri, & sui similium conversatio. Hortarer te hoc loco ad literas, & curренti, ut ajunt, stimulos adderem, sed nox profunda est; nos ab externo fessi; epistola ultra modum verbosa, cui ignosce quaeso, & me ab hoc die uti amicissimum redama. Ex Volaterra XI. Kal. Sept. 1442.

Manu propria.

K. A. (46) S. D. Hieronymo Rhonco viro eleganti, & amico dignissimo suo. Postero, quo a te concesseram, die amoena illa, & a me intermissa tui gratia balnea, sociosque revisi, suavissime Hier. (47) Fr. e quibus pauci exortes (48) vel duo bonis studiis dediti (49) Jo Saminiates, & Benedictus Fusicles me, meique itineris jocundissimi relatum per quam grate, alacriterque susceperant. Nam egregia de nostra illis vetustatum indagatione, de antiqua, & eximia Volaterranae urbis dignitate, praeclaraeque amicitiae nostrae meritis, quae pro re digna visa sunt, detexi. Sed cum ex iis, & ipso nostro de memorando itinere plura propensius mente revolvo, video ita me bonis avibus ad te hac in tempestate contulisse, ut omnia feliciora mihi vel quam ad libitum secundarent. Nam alia ut omittam, dum egregia . CI . monumen-

(45) Roberto nempe *Minerio*, Angelo *Marchi*, & Gabriello *Riccobaldio*.

(46) *Kyriacus Anconitanus salutem dicit*.

(47) *Hieronyme frater*.

(48) Exortes, *praecipui*. Servius ad VIII. *Aeneid*. v. 552. *Per exortem autem optimum, & praecipuum significat*; exsortem *autem* ut exlegem.

(49) Nisi unius Cyriaci testimonio duo hi bonis studiis dediti viri innotescerent, amborum nomina vetustas oblivione obruisset. Non enim persuadere mihi possum, ut amicorum, doctissimorumque virorum opinionem sequar, qui Joannem hunc Samminiatem, Camaldulensem illum monachum existimant esse, ad quem plures Colucius Salutatus epistolas dedit. Nam Joannem hunc de Sancto Miniate Camaldulensem, quum monasticum habitum induerit anno 1394., ut eruditissimus Lamius scripsit *Delic. Erud.* Tom. X., & fortesse constanti jam aetate, antea enim, ut ex Colucii epistola ab eodem Lamio loco laudato edita colligitur, *in exercitu Florentino, quem pro defensione publicae libertatis, insultata bello patria, transmisit in Lombardiam contra Comitem Virtutum*, non meruerat solum, verum etiam copias aliquas duxerat, ut ex eadem Colucii epistola intelligimus, in qua narrat Joannem conscientiae sollicitudine vexatum, quod in eo bello *pro victu suo, nec non & suorum* multa rapuerit, vix credibile est anno 1442., si quidem vivebat, id aetatis balnea frequentasse. Praeterea Cyriacus Monasticam Joannis professionem non tacuisset. Demum, ut libere dicam quod sentio, idem Cyriacus Joannem non modo *bonis studiis deditum* non dixisset, sed ne memorasset quidem; qui enim locus amicitiae inter illos esse poterat, quum Cyriacus nil nisi Mercurium suum, poetarumque commenta resonaret, Joannes vero gravis adeo, & austeris moribus fuerit, ut Colucium ipsum, quem patris loco coluerat, reprehenderet, quod veterum poetarum lectioni indulgeret?

ta spectare, tecumque coepissem, egregiis doctisque me viris patriciis Ruberto, Angelo, & Gabriele sociari voluisti; exinde vero dum suburbia diligentius indagare maluissem, insignibus me decurionibus comitem dedisti, quoiusce tum amplissimi ordinis erat nobilis ille Benedictus Pasquinus jure quippe consultissimus vir: qui una suis cumque optumis collegis me tanta humanitate susceperant, ut non modo per urbem, & suburbana loca, sed extra mirifica moenia civitatis, pomeriive fines, per fontes, & dirutos longinqua vetustate muros, oenotriosque (50) colles, quin & agrorum ubera culta, prataque virentia lustrando me summa cum alacritate, hilaritateque ductitarunt; & marmoream denique togatam statuam, quam celeberrimeis (51) in urbe vieis ante Sacram Stephani martyris Ss. aedem solo semisepultam comperimus, eorumdem mei gratia jussu defossam, ac omni ex parte conspicuam arte, & pristinam ad sui sedem, & quoad posse formam, splendoremque restitutam cognovimus. Optarem ne quippiam majus? Habuimus & nos quoque episcopalem ipsa in urbe, & verendissimam synodiam, quom & optimus ipse Volaterranus Pontifex Rubertus (52), Rubertum ipsum, quem supra memoravimus concivem, meque, & Octavium dulcem A. F., & praeclarae indolis adolescentem ἀγλαΐαν ἐν τῷ συμποσίῳ habere maluerat, quo cum dignissimo viro multa ipso in symposio verba conferebamus, honestissimis nostris perjucunda curis, tuum & in his digne memorando clarissimum, & excolendissimum nomen. Novissime quidem dum balnea demum repetens accederem, ut tutiorem me facilius ad Moronam oppidum duceres, ἵπποι, hippagiumque mihi praetorianum dedisti, ubi optumo ssmoque Genio nostro Atlantiade favitante (54) Mercurio non modo nobis incolumes adventare contigerat; quin imo Abbatem (55) ipsum Moroneum suis cumque suffraganeis sacerdotibus, plebanis, & indigenis plerisque colonis solennem festumque Bartholomaei Apostoli SS. diem celebrantem convenimus, qui nos quanta hilaritate viderat, quantave jucunditate, hospitalitateque, & in symposio ipso peropipere susceperat, Bartholo hippagogo ipso referente novisti. Nam quid demique praestat? nisi, ut te quoque juvante ad Cardinalem, exinde ad Papam, & demum (56) υἱὸν τοῦ Διογον Ἑρμείαν, me divinam usque societatem adjungam, si fas, tantumque dicere dignum est. Sed interea ut praecipue quoque dignissima tacitus non praeteream, duo certe potissimum ex meo hoc ipso perjocundo itinere honesto desiderio quaeritabam. A Volaterrana scilicet insignia vetustatum monumenta conspicere: & te, quem diu virtute, & praeclara jam terris dedita fama cognoveram, propius intueri coramque videre possem, ulnisque dulciter amplexum iri, nec non vivas andire, atque reddere suavissimas voces, quibus enim in rebus longe quam sperabam avidum pectus, oculosque, & honestissimam denique voluptatem complevi.

Vidimus igitur primum antiquam ipsam Volaterranam egregiam Etruriae civitatem altis in collibus eminentem, & undique situs opportunitate praestantem, ejusque ingentia, atque nobilia circum, & magnis edita lapidibus moenia: portas deinde regias: sacra, & Superis dedicata, atque exornata delubra: alta quoque magistratuum praetoria, & turritas arces, civiumque palatia, & conspicuas undique per urbem aedes, nec non hinc inde per publica, privataque civitatis loca ex marmore, & alabastreo lapide

(50) Nimium ab Oenotria Volaterrani colles distant; igitur *oenotrios* illos appellavit Cyriacus a vini bonitate Servium sequutus, qui Italiam ex eo *Oenotriam* dictam fuisse scribit. *Aeneid. l. v.* 536. Oenotria *autem dicta est vel a vino optime, quod in Italia nascitur, vel ut Varro dicit ab Oenotre Sabinorum Rege.* Idem *Aeneid. III. v.* 165. Oenotrii *dicti vel a R̃ge ejusdem nominis, vel a vino; Italis enim primis vitem ostendit Saturnus.* Idem tradiderat Pisander *lib.* XIII. quemadmodum Stephanus testatum reliquit.

(51) In celeberrima Ariminensis arcae inscriptione, quae tamen singulari, & prope incredibili errore a Grutero inter *Spuria* pag. VI. n. 5. collocata fuit, verba sumsit Cyriacus.

(52) Robertus Cavalcantes Florentinus ad Volaterranam Ecclesiam assumptus 15. Julii 1440., si Ughellio fides in *Episc. Volater.*

(53) *Praeclaro convivio.*

(54) Nugae. V. infra.

(55) De Monasterio S. Mariae prope Mortonem plura scripsit Iaudetus Targionius, *Relaz. di alcuni viaggi Tom. I. pag.* 249 quem vide.

(56) *Ad Jovis filium Mercurium.* Omnium autem ineptiarum, quae excogitari umquam possunt, haud scio an ulla sit major quam tali dicendi modo uti. Cyriacus tamen in deliciis habuit. Totidem enim verbis scripserat ad Leonardum Justinianum, ut ipsemet narrat Eugenio Summo Pontifici in *Itinerar. pag.* 20.

simu-

simulacra, pleraque insignia, historiasve peregregias; in queis & Argivae (57) Helenae raptus, omneque tam vetustissimae rei facinus mira quidem, & conspicua fabrefactoris arte conspicitur. Praeterea nonnullos veteres vidimus lapideos arcus, colossealque capitum imagines, columnas, statuarumque fragmenta, bases, & epigrammata, quae nostris addere Commentariis haud equidem indigoa censuimus. Sed hisce omnibus exoptabilius denique conspeximus, & laeto consideravimus animo politicam illam civium, modestiam, & honestatem, unionem, coocordiam, pacem, quietem, optimamque religionem, & pulcherrimam quoque suam democraticam libertatem. Sed & te postquam alacriori facie vidimus, elegantissime Hieronyme scriba, audivimusque, & (58) tuaque animadvertere, & considerare velimus, ad summum te Volaterranae rei cumulum accessurum plane lateque percepimus. Sed unum mihi illud ambiguum est, tibi ne praeclara haec urbs, an tu urbi ipsi plus ornamenti, splendorisque attuleris. Sed ut finem admodo faciam, multa de te vir optume hoc loco praetereundum censui, quod & si praeclaram tuam hac in parte virtutem, humanitatem, ingenium, facundiam, elegantiam, dicendique festivam facilitatem, & eximiam rerum peritiam quodammodo explicare voluissem (59) *a. d. c. c. v. o.* Sed egregiam tuam illam, & perennem, multorumque voluminum, & omnigenum rerum capacem, divinamque pene memoriam praetermittendam non duxi, quoi oempe tot inclita, insigniaque poemata, tot praeclaras historias, tot denique nobiles disciplinarum plurigenum codices pertinacissime commendasti, quot jamdiu varia per loca, diversisque temporibus a teneris, ut ajunt, ungniculis lectitasti. Praeteream ne dulcem, & elegantissimam tuam in conscribendis epistolis eloquentiam? Cum & in ea illa, quam ouperrime nostra de re Florentiam ad Gasparem Volaterranum juvenem haud inter vulgares misisti, tam suavia, lepidaque, & plaena sententiarum dicta lectitando perceperam, ut ex ea dicere andemus, quemadmodum facundissimo illo de Nestore magnus caoebat Homerus (60) Τῦ και ἀπὸ γλωσσης μελιτος γλυκιων ῥεεν αυδη. Quas ob res egregias te tuum jam perbellissime factis clarum superare nomen accepi, & ne iis plura dicam, eximia quidem tua de liberalitate non taceam, amplissime vir. Nam & in ipso nuper meo abs te recessu perbelle tuum omne mihi praeclarissimae benevolentiae studium declarasti; oam posthabitis tuis io me muneribus plerisque aliis, tribus me pretiosis nobilium, & optimorum principum argento, & aere nummis donatum facere maluisti, argenteo tropaeophoro Caesareo quidem uno, ceteris vero aeneis, Claudiano scilicet, & Trajaneo, quorum quaeque insignia cum accuratius inspicere maluissem, animadverti Ti. Claudi nomisma, seminudum altero in latere simulachrum florem manu gerens arte nempe conspicuum habere, quoi SPES AVGVSTA insignibus quidem literis inscriptum erat ex S. C. quae omnia divus ille princeps recte, peridoneumque potuisse, bellissimum oobis visus est. Nam indutum late hominem, & nihilo penitus indigentem, quid ultra sperare putaremus? flores etenim saepe venturos, eorundem & exoptabiles fructus parcis, avidisque colonis spe bona, & raro mentita promittunt. Alia vero ex nummi praeclarissimi facie ipsius laureati Claudii Caesaris imago videtur persculpta, quae talem circum habet Ioscriptionem TI. CLAVDIVS. CAESAR. AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Illud igitur tua alia inter eximia dona insigne, pretiosumque nomisma, ut praedignum amicitiae nostrae munus accepi, utque perenne tui, & egregium pignus amoris preciosa inter & cariora mea ejusdem generis supellectilia servabo, ex quo quidem optuma, augustaque nostra spes aucta, pro bona quidem, & fausta jucundissimi nostri per orbem itineris ave denarium ipsum divo Mercurii nostri, atque felicissimo Numini sacrum dicavit. Vale jamque tu, vir dul-

(57) Superest adhuc, nisi velde fallor, urne haec, & in Museo Guarnaccio visitur jamdiu a Gorio vulgata Tom. III. *Mus. Etr. Cl. III. tab. VII.*

(58) Deesse aliquid videtur.

(59) *Ante diem clauso componet Vesper Olympo;* notissimus Virgilii versus per siglas in codice expressus est. Quas, ut sunt in codice, idcirco notavimus, ut ex hoc aliarum siglarum, quas explicandas felicioribus ingeniis reliquimus, interpretandi rationem eruditi desumant.

(60) *Iliad. l. v. 249. Cujus lingua melle dulcior fluebat sermo.*

cissime, & de statua digne reposita me certiorem facito quamprimum; nec non egregio Benedicto, qui & me argenteo Q. Fabii nummo utique donarat, ceterisque & quos supra memoravimus amicis claris plurimam meo nomine salutem dabis, & simul sibi nostras utique literas ostentare velis, ut & tuae uno tempore claritati, aliisque me satis dixilse videar praedignissimis viris. Ex amoenissimis Pisanis Matheldisve Balneis v. Kal. Sept. (61) E. P. a. XII. 1442. K. A. T.

Ad V. Id. Sept. ad Vicum Pisanum venimus, & in eo Epigrammata haec comperimus.

10. (62) DIS. MANIB.
L. CALPVRNI L. TIBYCI
QVINTRIMA TVDECES.

11. (63) M. AVR. IVSTIANVS
MIL. COH. IIII. PR. 7FLORI
PRIO VIX. AN. XXXIII.
MIL. AN. XIII. SATVR
NINA IOVINA
COIVX COIVGI
B. M. F.

12. (64) D. M.
L. VETTIVS . ZOSIMVS
CHRESTINI CONTV
BERNALI . B. M. F.

*Itidem eo in loco ad aedem B. V. Plebeam ad V. Idus Septem. apud Vicum Pisanum.*

13. (65) ΑΧΙΛΛΕΥС . ΕΠΑΦΡΑ . ΤΗ
ΙΔΙΑ ΓΥΝΑΙΚΙ . ΓΕΜΙΝΙΑ
ΜΥΡΤΑΛΗ . ΜΝΗΜΗС . ΤΕΛΕΥΤΑΙΑС
ΧΑΡΙΝ . ΤΗΝ . СΟΡΟΝΕΦΩΜΗΔΕΝΑ
ΜΗΔΕ . ΠΩΛΗСΑΙ . ΜΗΤΕΘΕΙΝΑΙ
ΕΞΟΥСΙΑΝ . ΕΧΕΙΝ .
ΠΛΗΝ . ΕΙΜΗ . ΤΙ . ΑΥΤΟС . Ο ΑΧΙΛΕΥС
ΠΑΘΟΙΤΙ . ΑΝΘΡΩΠΙΝΟΝ
ΕΙ ΔΕΤΙС . ΕΚΒΑΛΗ . ΤΗΝ ΜΥΡ
ΤΑΛΗΝ ΔΩСΕΙ
ΤΩ ΦΙСΚΩ
Ж . Β . Φ .

Ad IIII. Id. Septembr. Pisas venimus insignem olim, & nobilissimam totius Etruriae civitatem. Apud Campum Sanctum in urna marmorea ornatissima.

14. (66) D. M.
T. AELIVS . AVG.
LIB . LVCIFER
VIBVS . SIBI
POSIIT

*Ad aliam urnam.*

15. (67) T. CAMVREN
MYRONIS.

*Ad marmoreum majoris Ecclesiae parietem.*

16. (68) IMP. CAESARI . DIVI . HADRIANI
FIL. DIVI . TRAIANI . PARTH.

*cetera vero fracto lapide deficiunt.*

(61) *Eugenii Papae anno XII. 1442. Kyriacus Anconitanus Tuus.*

(62) Emendatius legitur haec inscriptio apud Gorium Tom. II. *inscr. Etr. urb. pag.* 31. iterumque *Tom. III. pag.* 176. ibi enim L. L. integre habetur. *Qui in trimatu decessit:* Gorius. Edidit etiam Muratorius corrupte *pag.* 850. 7., & ex Gorio emendatam *pag.* 1650. *n.* 8.

(63) Inscriptionem hanc Pisas postea comportatam fuisse vel inde colligitur, quod tam apud Gruterum *ex Apiano pag.* 529. 2., quam apud Gorium Tom. II. *inscr. Etr. urb. pag.* 38. ponatur Pisis ad s. Zenonis; neque tamen perpetuas ibi sedes fixit; Florentiam enim advectam fuisse tradit eruditissimus Zaccharia *Excurs. Liter. pag.* 183., qui rursus ibidem illam vulgavit. Nostra ab editis differt, quae omnes habent JUSTINIANUS. Deest in illis PRIO, quod initio tertiae lineae in nostra habetur; aliter etiam exprimunt CONJUNX. Zaccharia addit initio Siglias D. M, quae omnibus desunt.

(64) Gorius *eodem Tom. II. pag.* 41. ex schedis V. Cl. Caroli Senatoris Strozzii dedit. Muratorius vero ex schedis suis *pag.* 1509. 8. hic legit CRESTENI.

(65) Gruterus ex Apiano *pag.* 749. 4. ediderat; auctiorem ex ipso marmore dedit Gorius *Tom. I. inscr. Etr. urb. pag.* 297.. Narrat ibi Inscriptionem hanc, quae ante eodem Beatae Mariae Virginis in Vico Pisano exstabat, Florentiam inde translatam fuisse a Joanne Nerdio Florentino medicinae doctore. Gorius lineis 15. dispositam exhibet inscriptionem, atque ita vertit. *Achilleus Epaphrae [s. Epaphroditi] filius propriae uxori Geminiae Myrtalae memoriae extremae gratia sepulchrum [posuit] ea conditione, ut nemo, aut vendere, aut reponere facultatem habeat, nisi Achilleus ipse humanum aliquod patiatur. Sin autem quis ejecerit Myrtalen, dabit Fisco drachmas, seu denarios bis mille quingentos.*

[66] Plures ediderunt; Gruterus ex Apiano *pag.* 604. 6. Martinius in *Theatr. Basil. Pisan.* Gorius Tom. II. *inscr. Etr. pag.* 31., & ex eo Muratorius *pag.* 990. 3. Gruterus mendose habet VIRBIUS, quasi alterum Aelii cognomen. Errat pariter Gudius, quae ex lapide emendavit VIBIUS, ut in repetita Gruteri editione notatur.

[67] Martinius, Gorius *eod. Tom. pag.* 31., & Muratorius a schedis Pacediani *pag.* 1652. 1. vulgarunt.

[68] Plures Antonino Pio inscriptiones Pisis positas fuisse, ex aliis etiam patet.

*Ad domum Bartholomaei de Pigno Pisani Civis in parvis de marmore, & ornatis urniculis.*

17. (69) DIS MANIBUS
SALVSTIA HOMILLA
QVAE ET CAECILIA. VIX.
ANN. XXXV. CAECILIVS
DIVS · CONIVGI. B. M. F.

18. (70) L. AQVILIVS
EPAPHRODITVS
FL. MAGNIAE
HERIDI
CONIVGI.

*Ad Sacrum B. Zenonis.*

19. (71) D. · M.
IVLLIAE . ISIADIS . CONIVGI
B. M.
P. SEXTILIVS
VITALIS
P. S.

(72) P. C. R.
IN F. P. CLX
IN A. P. L.

20. (73) D. M.
GALERIA . FELICISSIMA
FECIT . SIBI . ET DECIAE RESTITVTAE
ET L . CALPVRNIO . ABASCANTO
PARENTIBVS
ITEM LIBERIS SVIS ET
VOLVSIO SAECVLARI
CONIVGI ET CALPVRNIO
FILIO FELICISSIMO
ET NICIAE ET MARCO
FRATRIBVS ITEM LIBERTIS
LIBERTABVSQ. POSTERISQVAE
EORVM
H. M. H. E. N. S.

*Ad lares Magistri Antonii de Aquapendente ad marmoream tripodem feminudis pulcherrimisque imaginibus perornatam.*

21. (74) M. COSSVTIVS . M. L. DOR
L. VALERIVS L. L. ANTIOS
MARMORARI
F. P. D. D. L. M.

*Ad Æd. S. Barnabae.*

22. (75) D. M.
FABIAE MELIANTHIDI
CONIVGI KARISSIMAE
CVM QVA VIX. ANN. XXV.
L. FABIVS PERGAMVS
ET SIBI.

*Item Pisis ad Ædem S. Matthaei.*

23. (76) C. VIRRIVS IVCVNDVS
VEXIL. COH. II. VIG.
VISERTI LATINI
MILIT. ANN. VI. MEN. VII.
DIES. XVIIII.
IN . EIS . TESSERAR. OPTIO
VEXILLARIVS
VIX. ANN. XXVII.
ARAM CVM BASE SVA
T. P. I.
ARBITRATV . LVCILIAE . LA
CÆINAE C. VIRRI . IVCVNDI . F.

*Ad marmoreum majoris Ecclesiae parietem.*

24 (77) IMP. CAESARI . DIVI . HADRIANI . FIL.
DIVI TRAIANI . PART. NEP.
DIVI NERVAE . PRONEP.
T. AELIO HADRIANO . ANTONINO
AVG. PIO . PON. MAX. TRIB. POTEST. III.
COS. III. P. P.
INDVLGENTISSIMO PRINCIPI.

(69) Gruterus ex Apiano vulgavit *pag.* 824. 7. Gorius *Tom. II. pag.* 38. is habet HOMILIA; verum quum marmor ille non viderit, sed exemplar ab aliqua M.S. Collectione desumserit, ut patet ex eo, quod inscriptionem in aedibus Bartholomaei de Pigna collocet, qui ante trecentos annos vivebat, Cyriaci lectionem magis probo, cui Gruterus etiam consentit.

(70) Et apud Gruterum ex eodem Apiano legitur *pag.* 756. 11., & apud Gorium *ead. pag.* 38.; aliter tamen cognomen Magniae est in Grutero HERILI.

(71) Gruterus ex Apiano edidit *pag.* 793. 2. Gorius *pag.* 40., & ex eo cl. Zaccaria *Excurs. Litter. pag.* 180., qui periisse Inscriptionem scribit. Gruterus habet SEXTILIVS TITIALIS; sed in repetita editione ex M.S. Strozzii VITALIS restituitur.

(72) Gruterus & Gorius siglas has superiori inscriptioni agglutinant; verum quum Cyriacus aperte distinguat, ac separet, ad aliam Inscriptionem pertinere fragmentum hoc facile adducor, ut credam, praesertim quia in eadem Ecclesia S. Zenonis illud adhuc visitur, Inscriptione Juliae Isiadis, ut supra dixi deperdita.

(73) Gruterus ex Langermanno edidit *cl. XIII.* 30. Gorius *pag.* 39.

(74) Hinc etiam discimus Gorium ex Codice aliquo Pisanae inscriptiones accepisse; quum enim *pag.* 29. extare hanc scribat in aedibus Marci Antonii ab Aquapendente, qui magister Antonius a Cyriaco dicitur, palam fit inscriptionem hanc nullibi a Gorio visam. Siglae aliter in eo collocantur. P. F. D. D. L. M.

(75) Pisis posuit etiam Reinesius *cl. XIIII.* 63. e Piccartinis; item Gorius ex Codice Brunelleschi *Tom. III. Insc. Etr. pag.* 157. qui deinde tamen eam hodie scribit, quod mirari desinet quisquis ad *Tom. I. ejusdem operis pag.* 29. oculos intenderit, ubi ille extare nunc Florentiae testatur in Museo Mediceo, Reinesium accusans quod aliquibus mendis corruptam ediderit; verum in eo solum peccavit Reinesius quod MELIANTIDI exhibuerit loco MHLANITHIDI, quod habet Gorius.

(76) Gruterus ex Robertello edidit *pag.* 569. 2. & corruptiorem ex Apiano *pag.* 570. 5. Noribus item *Cenotaph. Pis. diss. 3. cap.* 4. demum Gorius *Tom. II. Inscr. Etr. pag.* 26. quorum lectionem emendatiorem esse statim patet. Cognomen tamen Luciliae in repetita Gruteri editione Gudii auctoritate, qui lapidem, vidit signatur LACAÆNAE i. e. *Lacaenae*.

(77) Gruterus *pag.* 253. 8. ex Sculteti Schedis, qui vidit, integram vero sequenti *pag.* 254. 3. ex Panvinio & Manutio. Gorius item *Tom. II. Insc. Etr. pag.* 20. integram ex M.S. Fratris Jucundi, qui facile ex Cyriaco desumsit.

Ad. XVII. Kal. Octobr. Lucanam venimus egregiam Etruriae civitatem in qua ad Aed. Jo: Baptistae SS. ad marmoream urniculam duobus tripodibus perornatam.

25 (78) C. VILLIVS . C. F.
MATERNVS
C. VILLIVS . C. LIB.
PALATINA APER
VILLIA PHASIS
QVAE . RVBELLIA
PROCLA . C. VILLIO
INVENTO . PATRI . ET
PATRONO OPTIMO
D. M. D. D.

*Ad marmoream basim, quae pro ore putei deducta est.*

26 (79) THALIAE COCLIAE
L. PEREGRINO
DECVRIONI LEG. XIII.
DECVRIONI PISIS
QVAESTORI AD AERAR. II.
HEREDES.

Vidimus praeterea in praefata egregia civitate Lucana moenia ex vivo lapide circum noviter recensita, conspicua arte elaborata; sed aliqua ex parte vetustatum vestigia nonnulla videntur, & inter potiora portam (80) duobus rotundis turribus insignem vivis ex lapidibus mirifice instructam, & hinc inde ab utraque summitatis litiarum parte leonem marmoreum habentem; quam vero portam Romanam antiqui vocarant indigenae; nunc vero S. Gervasii nomine incertum volgus appellat. Sed quod magis adnotari placuit intus tantae civitatis moenia vidimus una cum viro doctissimo Jo: Cirrignano (81) optimo p. r. scriba II. (82) ingentia amphiteatra cocto ex lapide instructa, sed marmoreis listis undique perornata, tametsi magna ex parte longinqua aevi vetustate collapsa sint. Praeteream ne sacra Divum, marmoreaque & innumera templa? Martini, Flavianique praecipue, in queis SS. Vultus Crucifixi Dei, & B. Citae reliquias collocatas vidimus, necnon turres innumeras, & excelsas, densaque Civium or-

(78) Muratorius dedit pag. 1186. n. 2. cum hac adnotatione. *Olim Lucae in urna marmorea in S. Joannis Baptistae nunc Lucae apud Nobiles Bernardinios misit praelaudatus P. Berti Lucensis.* Ex Muratorio desumsit Gorius, vulgavitque iterum Tom. III. *Insc. Etr. pag.* 273. Verum, quum Cyriacus Lucae hanc inscriptionem exsripserit, vereor ne satis firma sint, quae P. Berti Muratorio scripsit. Nemo profecto ante Cyriaci aetatem vetustos lapides exportabat. In quibusdam codicis nostri lectio differt ab editis, conveniunt tamen in siglis D. M. D. D., quarum primam sit. in marmore fuisse quovis pignore contenderem; postremas explicarem *dederunt*, vel *dedicarunt*, neque enim advocanda huc sunt *decurionum decreta*.

(79) Ediderat Gorius Tom. II. *Insc. Etr. pag* 20., scripsitque legi illam *in quodam lapide, qui Lucae exstat ad quemdam puteum, & descripsit Cyriacus Anconitanus.* Unde Gorius senserit non indicat; palam tamen inde fit Gorium etiam Cyriaci Schedas aliquas vidisse. Gorius habet COCCIAE.

(80) Paullo aliter Anonymus nobilis Lucensis in epistola quam operi suo inseruit cl. Targionius Tom. IV. pag. 248. *presentemente*, ait ille, *si chiama* il Portone de' Borghi, *ovvero* il Portone di S. Lunardo, *dalla chiesa ivi contigua prendendo questo nome . . . . . questi due portoni avevano posti in mezzo da due forti, e rotondi, e alti torrioni, che ancora sussistono. Memorie ne' marmi antichi non ve ne sono; solo vi è restato da una parte un Leone di pietra sopra di una mensola, e l' altro Leone corrispondente resta nascosto dalle fabbriche moderne, che vi sono state unite.*

(81) Joannes Cirrignanus Lucensis optimus publicae rei scriba a Cyriaco dictus, vir eo saeculo illustris appellatus fuit a cl. Mehus, qui Leonardi Aretini epistolam ad illum primus vulgavit. deinde etiam ipsius Cirrignani epistolam, & carmen ad Cyriacum. Arretini testimonium Joannem non Latinis solum, & Graecis, verum etiam Hebraicis literis eruditum fuisse declarat; Cirrignani vero scripta Arretini judicium confirmant, qui ejusdem Cirrignani epistolam *elegantem profecto, ac diligenter elaboratam* dixit. Sed notior adhuc noster vir fiet ex iis, quae communicavit mecum celebris vir Sebastianus Donatus, qui quanto laude doctissimis editis operibus patriam suam illustrat, tanto studio, & diligentia civium suorum memoriam propagare contendit. Joannes igitur Nicolai Vannis de Cirrignanis nobilis Lucensis in ea republica Cancellerii majoris munus obtinuit, idest a Cyriaco *scriba* dictus, in quo die 28. Maii anni 1435. confirmatus fuit. Eodem anno die 13. Martii in Senatum adscriptus fuerat, pluresque pro patria insignes obiere legationes, *in primis*, anno antequam haec Cyriacus scriberet, nempe 1441. ad foedus cum Rege Neapolitano, Duce Mediolanensi, Florentinisque sanciendum, & 1465. ad ducem Sabaudiae. Legum praecipue studiis Joannem coluisse ex eo colligitur, quod anno 1432. die 26. Julii ad reformanda statuta Collegii doctorum, & Notarii cum delectus fuit; idem perspicue testatur Bartholus Cons. 85. lib. III. *Viso puncto, & visis allegationibus subtilissimis redditis per celeberrimum J. C. Dominum Joannem Vannium de Cirrignanis mihi patrem summe honore observandum, qui ornate, subtiliter, & more optimi Jureconsulti rem aperuit, & enucleavit, ut nihil melius, & elegantius dici possit.* Neque vero apud Cives duntaxat suos Joannis ingenium in pretio fuit. Nicolaus enim V. summus Pontifex egregius virorum aestimator Cirrignano honorificum in urbe Perusina munus demandavit; verum Lucenses orbari se optimo cive aegre ferentes Petro Nocetano Apostolico Secretario die VII. Augusti 1451. publice literas dederunt, quarum exemplar *fol.* 106. *Reg. lit. D. arm.* 36. in Archivo Reipublicae Lucensis servatur, ut ejus opera Cirrignanus magistratum sibi collatum se abdicaret. En amplissimum Lucensis Reipublicae de Cirrignano testimonium. *Singulariter enim, & egenae, & opere exercitatum apud nos habemus. In suo etiam gubernatione Rectoris Misericordiae majoris Hospitalis nostri diligens pater extat & custos, cujus absentia hinc respublica nostra, & Civitas, inde loca alia salus laederetur.* Quo anno Cirrignanus decesserit, incompertum est.

(82) Duo olim fuisse Lucae amphiteatra nemo profecto neque jure recte crediderit; proinde nullus dubito Cyriacum amphitheatrum Lucense, cujus accuratissimam orthographiam exhibet laudatus Targionius Tom. IV. pag. 240. lustrasse, & pro altero amphitheatro rotundi alicujus aedificii vestigia accepisse, quae quidem nostra aetate penitus dissipata sint; testatur enim idem Targionius l. l. *delle fabbriche adunque appartenenti all' antica Colonia Romana non se ne ravvisa alcuna in Lucca, che io sappia, a riserva di un magnifico anfiteatro.*

natis-

natiſſima & aequata Coelo palatia, & conſpicuas aedes, ac perlauta, nobiliaque ſuburbia rigata nitidis ex amaeno Setchio flumine aquis.

Ad. XIIII. Kal. Oct. Venimus Karrariam marmorigenum Lunenſianae regionis oppidum, in quo Gerardus de (83) Petraſancta Vicarius Gubernabat. ubi apud Aedem B. Sicardi Epigramma hoc marmoreis in baſibus comperimus.

27 (84) I . O . M .
. PRO SALVTE . IMPP.
L . SEPTIMI . SEVERI
ET . M. AVR . ANTONINI
AVGG . FR . CLARISS .
ET . IVL . AVG . M F . CAS
SVB CVRA FL . MVCIANI .
S . FR .
M . FIRMIDIVS SPECIA .
TVS . FR . LEG . II . ITAL . P. F.
OPTIO CONSECRAVIT
ITEM DEDICAVIT
III. IDVS . APR . SEVERO, EVICTOR
COSS.

Ad XIII. K. Oct. Venimus Sarazanam Lunenſianae vetuſtiſſimae civitatis oppidum ubi Spinecta (85) de Campofregoso vir magnificus dominatur. In quo apud Aedem B. Virginis in ſolio portae epigramma hoc in vetuſto marmore comperimus.

28 (86) IMP . CAES . DIVI
TRAIANI . PARTHICI
F. DIVI . NERVAE . NEP.
TRAIANO . HADRIANO
AVG. PONTIF. MAX.
TR. POTEST. XVII. COS.

In eadem Eccleſia antiquam Bibliam inveni, in qua pars illa, quae pluribus in libris corrupta eſt, recte ſcripta videtur; nam in aliis fere omnibus ſcriptum eſt. *Adducunt ergo Jeſum ad Caipham in praetorium*; & hic cum graeca veritate concordat,

(83) Perebat ne tam Carraria Philippo Mediolanenſium Duci, Profecto Mediolani eo ſaeculo familia *de Petraſancta* celebris fuit, & Philippo Dux Urbium, quibus imperabat, praefectos *Vicarios* appellare conſueverat.

(84) Ex Apiano vulgavit Gruterus lineis aliter diſpoſitis pag. XII. I. notatur ibi: *Carrariae Agri Lunenſis in Scaprino ubi Scarabantiae vocant. Lazius.* Quid autem haec ſibi velint, prorſus non intelligo. Gruterus ad ea verba *lin.* 5. FR. CLARISS. notavit *ſine dubio abundant*. Manifeſtum tamen eſt ea non abundare, ſed aliarum vocum eraſarum loco ſubſtituta fuiſſe. Porro in eo marmore inſcriptum olim Getae nomen proculdubio fuit, quod e publicis monumentis poſt ejus necem a Caracalla fratre perpetratam eraſum fuiſſe, contra quam Illuſtriſſimus Fontaninus *lib. I. cap. 3. de antiq. Horc.* ſenſerat, accurate, &, niſi plus aequo mihi blandior, inviciſſimis argumentis firmavi in Notis ad Marm. Piſaur. n. XIX. Eamdem doctiſſimi Archiepiſcopi ſententiam, ut primum opus illius prodiit, ſtatim improbavit Camillus de Silveſtris datis litteris ad Illuſtriſſimum D. a Turre Epiſcopum Adrienſem, quas vulgavit poſtea vir de litteris re optime meritus D. Angelus Abbas Calogiara Tom. *II. Opuſcul.* Illas non videtam, quum Marmora Piſaurenſia edita ſunt; neque tamen piget nunc aut pudet rem pertractaſſe; illud tantum dolet quod viri eruditiſſimi opus non laudavi. Olim igitur in marmore legebatur ET P. GETAE . CAES. quorum litteratum loco erat non FR. CLARISS. ut habent edita exempla, ſed PR. CLARISS. ideſt *Principibus clariſſimis*, ut in aera Clivi Capitolini *optimis fortiſſimiſque Principibus*. Gruterus *lin.* 6. habet MAT. CAES. Rectius Cyriacus MAT. CAS. hoc eſt *Caſtrorum*; notus Juliae Aug. titulus. neque enim *mater Caeſaris* dumtaxat dici potuit, Auguſto jam filio ſed *mat. Augg.* vel *mat. Aug. & Caeſ.* Gruterus item *lin.* 8. edidit SER. melius Lazius S. FR. emendate vero Cyriacus 7. FR. hoc eſt *Centuria frumentariorum*. Notum eſt in legionibus Romanis frumentarios milites fuiſſe; eos ſeparatim numerum ſuum conſtituiſſe docet Inſcriptio Gruter. pag. 520. 8. in qua occurrit *Veteranus ex numero frumentariorum*. His autem numeris *ad majorum corporum inſtar Centuriones, vel praefectos, decuriones, &c. praefuiſſe conſentaneum eſt*, ut ait acutiſſimus Reineſius *cl. I. 15.* Sane *Praefectus* nomen exhibet Inſcriptio Muratoriana pag. 866. 2. in qua PRAEF. FRVM. LEG. XI. CLAV. P. FEL. occurrit. Sed quum ex Ligorii penu deprompta illa ſit, certam ne ſatis authenticitatis habeat, Centuriones autem frumentarios praepoſitos fuiſſe non eſt cur dubitemus; neque vero tantum cito duntaxat Inſcriptionem a Reineſio ibidem editam, iteromque a Fabretto *de Col. Trajan. Cap. II. pag.* 14. valde enim illa mihi veritus ſuſpecta eſt; ſed duas alias, incorruptas, atque integras inſcriptiones, quae in Grutero occurrunt, nempe p'g. 347. 1. ubi *Marcellus* CENT. FRVM. apparet, & pag. 487. 6. in qua *Vibius Marranus* 7. FRVMENT. dicitur, quibus addatur Carrarienſis haec Inſcriptio, ut locupletiſſimum militaris hujuſce gradus teſtimonium habeatur. *Firmidii* cognomen in Grutero eſt SPECLATVS; in Lazio JVSTVS. *Severi*, & *Victorini* Conſulatus annum Aerae Chriſtianae 200. indicat.

(85) Sarzanam, quam Serazanam Cyriacus appellat, Gabrieli Mariae Vicecomiti Januenſes ademerunt anno 1407. Anno vero 1421. Fregoſiae genti tradita fuit a Philippo Duce Mediolanenſium, quum Thomas de Campofregoſio Januae illi poſſeſſionem ceſſit, ut in *Annal.* Muratorii lectum habetur. Verum quum Thomas ad priſtinum patriae dominatum anno 1436. rediiſſet, Spinetta Thomae frater, qui poſt plures annos Januae & ipſe in paucos dies Dux fuit, Sarzanae Cyriaco teſte dominabatur.

(86) Ex Apiano vulgavit Gruterus pag. 249. 6.

& dicit: *Adducunt ergo Jesum a Caipha in Praetorium*; quod est recte scriptum, qua vero in parte tria hucusque volumina per orbem emendata comperimus. In Italia quidem duo. Unum scilicet in Verona (87) apud S. Zenonis Abbatiae veterem Bibliothecam in pulcherrimo tetrevangelii Codice, purpureis chartis & argenteis aureisque conscripto literis, & aliud quod hic in Sarazana dictum est. In Liburnia vero unum (88) Jaderae antiquae Rom. Coloniae & apud SS. Presbyteri Simonis Aedem vetusto in libro. Item (89) Italiae aliud volumen ea in parte emendatum inveni Novariae antiquae Insubrum Urbi in Aede S. Gaudentii vetusta.

Ad. XII. K. Octobr. venimus Lunam vetustissimam Ligusticae regionis urbem, ubi primum deserta longinqua vetustate moenia vidimus, & (90) amphitheatrum maximum, sed undique solo antiquitate collapsum; vidimus & columnas ex marmore confractas, statuarumque fragmenta, bases, & epigrammata, quae hac in parte utique describenda curavimus.

At & cum diligentius ab occidua tantae civitatis parte confracta, ingentiaque olim moenia conspexissem, marmoreis, magnifique edita lapidibus fuisse (91) comperimus. Nam VIII. p. long. latitudinis vero 4. nonnullos mensuravimus lapides.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | P. VIII. | | | |
| moenia | LV. | NAE | p. VIII. | 4 | |

Haec sunt epigrammata Lunae:

29 (92)

L. COSSEIO
CVSSEIVS ET
MELISSA PARENTES
FILIO NCREDIBILIS
PIETATIS ET
L. POP AIENVS PHILV
MENVS FRATRI
DVLCISSIMO.

30 (93)

ST. METTI
VS ZETHVS
IOVI
SABAZIO
D. L. D.
L. D. D. D.

Ad XI. Kal. Octobrias venimus ad marmoreos montes distantes a Karraria Oppido ad III. & IIII. milliare, ubi per Romanorum tempora, & antiquissimorum Latinorum, immania inter saxa, incisasque valles viam ad devehendas ad mare columnas, & alia grandia quaeque marmora, manu, ferroque fabrefactam conspeximus (94); vidimus & cavas partes ubi magnae semincisae columnae, basesque videntur quampluri-

(87) Insignem hunc Veronensem Codicem descripserat jam immortalis Maffeius *Bibliotb. Veron. Manuscriptae Par. I. pag.* 70., & demum publicae litterariae rei bono integrum vulgavit doctissimus Josephus Blanchinius in elaboratissimo *Evangeliario Quadruplici* Romae edito.

(88) Codex vero Jadertinus a nemine quod sciam memoratur.

(89) Addidit haec Cyriacus postea quam Novariae fuit.

(90) Variam profecto apud eruditos fortunam Lunensis amphitheatri reliquiae subierunt; laudavit enim illas Dempsterus, & deinde Holstenius, & demum Gorius, *Mus. Etr. Tom.* 1. *pag.* 58. Vincioliu in ea epistola, quam edidit *Tom. XIII. opusc. Caleg.* neriat *pag.* 118. *aver egli veduto le vestigie, e reliquie del suo antico Teatro.* Immortalis tamen Maffeus *Oss. Lett. Tom. V. art. IV* ait *che tal supposto è vano, perchè essendosi ch' scrive gran tempo fa intorno alle preteste ruine di Luni aggirato più volte, niun vestigio vi ritrovò di un così fatto edificio*: quod verum esse non inficiatur ipsemet doctissimus Etruscorum amphitheatrorum adsertor Eques Gnaccesius in erudito *Supplem. alla dissert. degli Anfiteatri de' Toscani* §. XI. Accedet nunc testis locupletissimus Cyriacus noster, qui tribus abhinc saeculis illud, sive amphitheatrum, sive theatrum fuerit, *undique solo collapsum* fuisse scribit.

(91) Lunensia moenia funditus hodie periisse vel ex eo conjicere possumus quod nulla eorum mentio facta sit a Gorio, qui diligentissime Etruscarum urbium moenia, quae supersunt, memorat *Diss. I. cap. IV. Tom. I. Mus. Etr.*

(92) Muratorius qui ex schedis *Farnesii*, & *Capponii* vulgavit pag. 1250. 12. *Carrariae* ponit.

(93) Gorius *Tom. II. In. cr. Etr. Urb. pag.* 52. ex M. S. *antiq. Abedin*, & Gruterus ex Apiano pag. XXII. 4. qui *Lucae* ponit, inscriptionem hanc vulgarunt; uterque praenomen SP. *Spurii* Mettio adsignat; verum quum ST. *Statii* quoque praenomen non infrequenter a veteribus usurpatum fuerit, ut Fabrettus docuit *Inscr. Dom. Cap.* I. *pag.* 17., donec aliquis marmor ipsum examinet, praestat Cyriaci lectionem tueri.

(94) Consonant Fl. Blondus *in Ital. Illustr. Reg.* II., & Leander Alberti *Descr. dell' Ital. in Etrur. Mediterr.*

mae,

mae, aliae p. v., aliae vero vi. p. diametri magnitudine, & haec prope Beutzanam villam ad unum milliare, ex qua homo indigena Ciccantis, qui se, suosque antiquis ab Romanis originem traxisse jactabat, nos per omnia ductitarat; & primo adventu, loci indigena Deo favitante Fauno, feram alto a vertice capram dejectam, spectantibus nobis, canis, quem forte ductor agebat, arripuit. Vidimus praeterea in summo marmorei montis vertice magno, vivoque parietis in saxo tres Herculeas imagines vetusta manu architectorum fabrefculptas.

Vidimus & ab altera montis parte parietem, ex qua Panthei ex unico lapide portam excisam a M. Agrippa L. F. Cos. II. percepimus extitisse (95).




Vidimus, & novam utique marmifodinam, ubi Florentinorum egregii Hieromnemones nonnullos hodie operarios habent, & hoc prope Karrariam ad unum milliare.

Tres Herculeae imagines in marmorei montis vertice ita consculptae videntur in magno, vivoque parietis saxo (96).

XIII. K. Octobr.

Apud Sarazanam in vetustissima Biblia comperimus haec brevia dicta de Lunae antiquissimae civitatis desolatione.

In Regno Danimarch gens fuerat Normanda, quae anno DCCCLVII. civitatem Lunae delevit, & post aliquod tempus refecta per cives Lucanos iterum destructa fuit.

A. D. DCCXLII. collocatus est Vultus S. in Ecclesia S. Martini de Luca.

Haec particula in libro Historiae S. Crucis Lucanae, quem mihi D. Baldasar (97) Reverendus Lucanae civitatis Episcopus ostendit, in qua talia haec verba lectitavimus hodie x. K. Octobr. die.

Tunc salubri inito consilio Christi famulus Io. Episcopus cum aliis Deum timentibus viris, qui aderant, Domini misericordiam imploravit, & Divino spiritu monitus ampullam vitream Christi pretioso Sanguine refertam, quam ibidem reperit, Lunensi Episcopo benigna caritate concessit, & pretiosissimum Vultum ad suam urbem cum magna gloria Christo Duce portavit. Audiens hoc pars cleri, & populi; qui in urbe remanserant, laetaque, ab urbe processit, venerabilis clerus, religiosus populus, devotissimus foemineus sexus, senes & juniores, pueri, & puellae sicut quondam pueri Haebreorum Dño advenienti ad passionem concordi voce cantabant (98) b. q. v. i. n. d. o. i. excelsis, Sancto Spiritu docti adjiciebant: Ecce Agnus Dei, e. q. t. p. m. miserere nobis Rex Israel. Tanto igitur tripudio, tantoque triumpho Lucanam urbem inductus anno ab incarnatione Dñi N. J. X. DCCXLII. tempore Karoli, & Pipini Serenissimorum Regum anno Regni eorum II. collocatus est in Ecclesiam B. Martini prope valvas ejusdem Basilicae ad australem plagam; & cum predicta urbs ob duas ut ferunt causas ab antiquis Luca sit nuncupata, non tamen sine Divino nutu, & praesagio futurorum tali censetur nomine vocitata, quia Lux in ea Divina refulget.

Vidimus & in ipsa Lucana civitate, (99) Bonfilio Firmano viro Jureconsultissimo,

(95) Accolarum traditioni haud exiguum pondus addidisset Cyriacus, si mensuram lecti, ut ipse ait, recognovisset.

(96) Qui Codicem Cyriaci descripsit, pingendi artis omnino ignarus, tres Herculis imagines omisit.

(97) Balthassar Mannus, qui proximo superiori anno Lucensi Ecclesiae ab Eugenio Pont. praepositus fuit. De eo Ughellius *Ital. Sac. Tom. I. pag* 815.

(98) *Beatus vir qui venit in nomine Domini, osanna in excelsis*, mox, *Ecce qui tollit peccata mundi*. Trite sunt haec, sed ob eam rationem notanda, quam supra innuimus n. 59.

(99) Paullo Guinisio apprime carus, ab eo in Civium Lucensium numerum adscriptus fuit.

integerrimoque curante, apud Ecclesiam Sancti Phrjdiani Beatae Citae sanctum, & venerabile corpus, eo quo Lucam civitatem ipsam venimus 17. K. Oct. die.

Epistola X.

Vetustis Inscriptionibus illis, bone Cirrignane Iω; quas hodie B. T. dederam ex compertis ex me nuper hac tua in provincia epigrammatibus unum, & peregregium pridie Pisis a me inter alia vetustissima delectum hisce adjiciendum perbelle nobis visum est, ut ex eo certius intelligere queas antiquissimos Latinos B pro V consonante nobilibus quandoque in locis posiisse.

*Pisis apud Campum Sanctum ad marmoream, & ornatissimam urnam.*

D. M.
T. AELIVS. AVG.
LIB. LVCIFER
VIBVS SIBI
POSIIT

Postero quo abs te concessimus, II. praevioque K. Octobrium die, Karissime Cirrignane Iω., Pisceam per vicum, Pistoriamque civitatem, & Pratum oppidum Ferentinam (100.) florentem venimus urbem, & incolumes optumo Sabazioque nostro juvante Jove, nec non viarum & itineris nostri per orbem jucundissimi Duce felicissimo favitante Mercurio, & primum ex te Vegium (101) jucundum nobis amicum convenisse scito, & metra in me nostro de Mercurio (102) tua quamlubentissime vidisse, & sua in cellula ut ociose magis praemeditaret, emendaretque reposuisse; nam cum te illa mihi raptim & incorrecte dedisse dixissem, tuo sibi nomine emendanda detuleram, quamvis primo omnia perlecta non mediocriter laudasset.. Vale jam ru Vir jucundissime, & X Viris magnificis, decurionibusque vestris me saepe & multum percommittas velim. Sed alias hac de re latius, & munificentia sua dicam. Jam & Pontifici Maximo Hadriani argenteum numisma dono ab iis mihi largitum ostendi, summeque laudavir. Ex Florentia VIII. Idus Octobr. E. P. A. XII. (103) K. A. T.

Ad Pridie K. Octobr. venimus, revisimusque Florentiam Fluentinam Florentissimam. Ferentinorum urbem clarissimam olim R. Coloniam, nunc vero totius Etruriae insignem & praecellentissimam civitatem.

Ad VI. Idus Octobr. venimus Fessolas (104) vetustissimam Tuscorum urbem, quam vidimus situ egregiam, & altis in collibus eminentem, & primum ejus nobilia, & magnis edita lapidibus moenia (105) conspexi, quamvis magna ex parte longinqua vetustate collapsa videntur. Vidimus & nonnullas antiquissimi sui amphiteatri (106) reliquias.

(100) Putaveram olim scripsisse Cyriacum *Florentinam florentem urbem*, verum quum aperte infra scribat *florentissimam Ferentinorum urbem*, descriptorem, quem culpaveram, absolvi; neque tamen Cyriacum absolvendum censeo, qui quum Ferentinum quoddam in Etruria antiquitus fuisse animadvertisset, continuo ad illud Florentinae urbis originem retulit; quod profecto nedum idoneo teste caret, verum fieri vix potuisse cognoscat, quisquis tum ferme Etruria Florentiam a Ferentino, quod prope lacum Vulsiniensem jacebat, dissitam fuisse reputaverit.

(101) Maphaeus Vegius Laudensis gravis, & ingeniosus poeta literariis viris notior est, quam ut celebrari hic debeat V. Fabric. *Bibl. Inf. Lat.* Tom. V.

(102) Cirrignani metra, quae hic memorat Cyriacus, atque sunt Carmen illud quod Cl. Mehus edidit post praefationem *Itinerar. pag.* LIV. una cum ejusdem Cirrignani Epistola ad Cyriacum.

(103) *Eugenii Pontificis anno duodecimo.*

(104) Si Ortographiam, qua Cyriacus utebatur, is, qui codicem descripsit, accurate expressisset, notandum esset peculiare Cyriaco fuisse S literam geminare *Fessolas*; verum quod ad O literam loco V, Polybium fortasse imitatus est qui Lib. II. cap. 25. ita urbis illius nomen pronunciat. Id autem Graeculae Cyriaci eruditioni magis convenire videtur, quam si ad putidam, ridiculamque hujus nominis etymologiam respexisset, quam affert Joannes Villanius. V. Gorium Inscr. Etr. Urb. Tom. II. pag. 77.

(105) Faesularum moenia laudibus extulerunt Jo. Baptista Alberti, & Ciampinius *Vet. monum. Part. I. cap.* VIII. *pag.* 67. praesertim vero Gorius *Mus. Etr.* Tom. *III. Cl. I.* ubi etiam *tab.* CCC. illorum prospectum dedit.

(106) Reliquias has nostra aetate penitus intercidisse dicendum est, quum nullam illarum mentionem fecerit Gorius, neque Tom. II. *Inscr. Etr. Urb.* neque Tom. III. *Mus. Etr.* ubi distincte, & accurate quicquid antiqui operis Faesulis superast, explicavit.

Habui-

Habuimus & ibi inventum a Baptista victorenummum Juliae Aug. cui erat inscriptum prima in parte IVLIA DOMNA AVG. Alia vero ex parte ad Vestae Deae simulacrum VESTA S. C. Simulacrum etenim Vestae genium Romani populi scilicet (107) Martem dextra gerit, de qua noster Virgilius in Georg. in fine I.

Dii patrii, Indigetes, & Romule, Vestaque Mater,
Quae Thuscum Tiberim, & Romana Palatia servas.

| | | | |
|---|---|---|---|
| p xi. | 3 | | |
| p. x. 4 | | | p. ix. |
| Fessolane | vivo de lapi | de antiquiss. | moenia |

K. A. Jacobo (108) Veronensi V. eleganti, & optimo R. P. Card. S. Mariae Novae Secretario B. M.

(107) Iconcola, quam Vesta tenet, non Mars est, sed Palladium.

(108) *Jacobus* hic *Veronensis* ignotus fuit Viro dignitate, & doctrina praecipuo, & Eminentissimo Angelo Cardinali Quirinio, cujus nomen pro eo, qua ma dum viveret complexus est, benevolentia merita semper laude cumulabo; neque enim Jacobum hunc memorat tantus Cardinalis in *Vinsic. Pauli* II. ubi plurimos literatos viros, quos ille Pontifex vel in suam clientelam suscepit, vel affecit beneficiis, diligentissime recenset. Verum, nisi egide fallor, hic est ille *Jacobus Rizzonius*, cujus meminit Maffeius *Veron. Illustr.* Tom. II. *Lib. III pag.* 131. & quem praeceptorem fuisse scribit Petri Barbi, qui postea Paulus II. fuit. Ceteroquin per ea tempora alii etiam duo *Jacobi Veronenses* illustres fuerunt, nempe Jacobus, qui Senator Urbis obiit anno 1453., de quo vid. Corte *Hist. de Ver. lib. XV*, & doctrina etiam clarus fuit, ut docet idem Maffeius *loco citato pag.* 103. & Jacobus Maffeius, quem Pamphilus laudat V. ejusdem immortalis Maffeii *Ver. Illustr. loc. cit. pag.* 91. Verum si ad conjungendas amicitias incredibilem vim habet studiorum similitudo, nemo alius a Cyriaco diligi magis debuit, quam *Rizzonius*, qui Graecae linguae percipiendae, expoliendaeque mirifice deditus fuit. Vivebat is adhuc anno 1450. ut apparet ex *citatis Historiis* Corte, ubi *lib. XIV.* recitatur Friderici III. Imp. Diploma, quo Jacobus Rizzonius Comitis titulo decoratur. An vero ad eumdem spectet sepulcralis inscriptio, quam effert diligentissimus Galletrius *Inscr. Venet. pag.* 137. n. 7. definire non audeo. Ceteroqui ab hoc Jacobo Veronensi inscriptam fuisse Cyriaco existimo eodem anno 1442., quo uterque Florentiae erat, Epistolam, quam dum haec prelo subjiciuntur, ex codice P. 16. Bibliothecae Wingarticulis excepit, & mecum communicavit doctrina insignis, & amicitia mihi conjunctissimus Joseph Garampius, Vaticani Secretioris Archivii Praefectus, & Apostolicus in Salmansweilerensi Monasterio visitator. Eam hic edere lubet, licet corruptam, depravatamque; medicam manum quantum potui adhibui; desperatiorem locum emendavit feliciissime Josephus Antonius Compagnonius, praeclarus imitator studiorum doctissimi patrui sui Pompeii Auximatis Episcopi Illustrissimi. Illius item epistolam infra subjicio.

DE LAUDIBUS CYRIACI.

*Jacobus Atonsdane* (l. *Anconitano*) *salutem*. *Nec immerito Cyriace per Italiam ornatissime* (invertus verborum ordo) *& Graeciam, Asiam, Aegyptum, Ciliciam, & fere per totum orbem terrarum nomen tuum magatissime* (l. vulgatissime) *celebratur, que* (l. quod) *tua solertia, studio, & industriae dignitatem pristinam restitueris, & ex semibarbaris aut Latinos effeceris. Nam ante Cyriacum monumenta marmoribus excisa, Graeca, Latinave epigrammata, regumve proprias effigies ad hanc usque diem habentia, quae ipse historiarum sigilla appellare solitus es, quis unquam curabit* (l. *curabat*) *aut magni pendebat? Adde quod quam orbes* (l. *omnes*) *fere instaurasti urbes egregias, & amplissimas regiones ac famosissimas quondam insulas corruptani* (l. *corruptione*) *vocabuli incognitas* (adde nobis cognitas) *reddideris, quas quidem urbes* (l. *ob res*) *tibi plus vetustas debet judicio meo, quam ipsi vetustati deb amus. Verum enimvero belluae quoque & animalia peregrinus* (l. *peregrina*) *si quid humani sentirent, tibi jure meritoque tenerentur. Quis enim ita egregie & perpolite desi g t, ut iis vel* (l. *nil*) *nisi brutus desunt, vel utut vel quid simile tegendum suspicabatur item doct ssimus Antistes, quem honoris caussa nomino) motus deesse videantur. Nam per Deum immortalem quis non admiratione tenetur intueas & orephean* (eide infra hujus periodi emendationem) *qua me nuper donasti, obtutu, quem haeret desectus in illo? Nam caput, collum jubet* (l. *jubae*) *pectus ceteraque* (l. *ceteraque*) *non picta, sed nata, a qua adolta suapte natura esse videatur* (l. *videntur.*) *Nobile quippe alias, & aulis regalibus dedicandum* (adde opus.) *Taceo de lanig ro ac se atangure* (V. etiam infra) *qui sane ad feram sublatrare conspiciatur* (l. *conspicitur*). *Porro Epistolam adjecitis, qua belluae lineamenta describis eleganter* (adde adeo) *ut e iam si pictum esset* (l. *pictura desset*) *ipsam tamen animo intuerer, atque defingere possem. Quare non inepte te patrem antiquitatum & fraium admirandarum pictorem* (nisi mendum cubat, infi ndu fuoe laus, vix enim pictorem restituandum puto) *magis quam venatorem, nec non nesset cui* (l. *arui*) *ornamentum vertare deus* (l. *devnisset.*) *Quod si id nunc invidia tollit, certe posteritas coadjuvabit. Ergo Cyriace quae tibi tals reddam pro munere dono? auri, argentive mihi non est copia; neque id amicitia nostra postulat: bonam igitur mentem, & animum ostenum praesentem tibi dedico in aevum. Ex Florentia prid. non. Martis.*

Josephus Antonius Compagnonius Pompejo Auxim. & Cingul. Antistiti Patruo S. P. D.

Equidem sciebam antea te quaedam ex Cyriaci Anconitani itinerario fragmenta in lucem edi curare; nam & anno superiore quoddam ex iis folium mihi legendum praebuisti, in quo nihil, praeter typorum nitorem desiderarei. Sed ad rem. *Orephea*, quam Codex tuus praefert.

*Nec fera, nec volucris, nec tam corpore serpens;*

neque sane animal ullum est, mea quidem sententia. Immo vocem hanc juxta Latinis, & Graecis ignotam esse existimo. Sane apud Aristotelem, Plinium, Aelianum, Oppianum, Aldrovandum *Orophae* nec volu, nec vestigium; sed & vocabulorum Graecorum, Latinorumve, aut barbarorum collectores de ea silent omnino. Quare dictionem istam, ut alia pleraque, plane corruptam esse censendum est. Quod si Graecam habet originem, *orophias*, non autem *orophea* scribendum. Sed quid tum? Nam ὀροφίας, ut recte animadvertis adjectivum, non substantivum nomen est; neque vero ejus

Ita

Ita intempeste & impremeditate heri e Florentina urbe concessimus, suavissime Jacobe, ut neque te videre, nec mea te de re facere potuerim certiorem. Sic enim illius optumi senioris (109) Placentini Hyperverendissimi patris imperio parere, hyrcinis quamprimum talaribus ad pedes adnexis paravi. Nempe optimam inopinate fortunam inveni; quod cum diu post conditam a Comite (110) pacem, Ligurum Ducem inclytum Philippum visere, multis & honestissimis rationibus peroptarem, talem adinvenisse comitem non floccipendendum censui. At & quis enim principio nos non bene hac in tempestate sperare putarit, cum & ab coelo ex optimo ipso, & Sabazio Jove omne nostrum per iter, & multo nebulae septi, imbribusque abunde persusi ab orto die ad occiduum usque solem fueramus; a terra vero a magno illo demogorgoneoque Plutone opitulati sumus perbelle, nam apud S. Petrum ad Pontem Sevum, Colmam (111) felicem illum, & opum divitem virum, & incomparabilem nobis amicum obviam, & suis quoque opulentissimis in laribus nos feliciter, lauteque hospitantem habuimus, Atlantiade optimo juvante Deo, Genio sanctissimo nostro, & itineris continuo nostri felicissimo Duce. Vale.

Ad XII. Kal. Novembr. venimus

Mutinam antiquam & nobilem Togatae Galliae civitatem, ubi non pauca vetustatum monumenta vidimus, & haec diversis in lapidibus epigrammata:

*In foro apud Cathedralem Ecclesiam.*

31 (112)

D. M.
C. MATERNIO
QVINTIANO
VETERANO
EX PRAETOR
MATERNIA
BENIGNA
FILIA ET
M. ARELIVS
MAXIMVS
GENER OB
MERITA EIVS.

32 (113) V. F.

CLODIA PLAVTILLA
SIBI ET Q. VERCONIO
AGATHONI MARITO
OPTIMO ET
LVCIFERE LIB
IN FR. P. XX. IN AGR. P. XX.
H. M. H. N. S.

33 (114) D. M.

P. VETTIO
P. F. CAM. SABINO
EQ. P. IIII VIR. AED. POT
ET MAG. MVN RAVEN

ajus notin quidquam cum lerae silvestrie, ac jubatee natura commune habet. *Orygem* belluam esse in Africa, atque Aegypto praeferocie ingenii, magnarumque virium, ejusque non modo a scriptoribus nuper laudatie, sed & in sacrie literie mentionem fieri, me non latet. At quid *Orygi* cum *Orephea*? Adde quod Oryx masculino genere tantummodo usurpetur. Arbitror itaque pro eo verbo legi posse *Ovisferam*, sive *Ovemferam*, quae *Camelopardalis* a Graecie, ab Italis *Giraffa* appelletur. Ea rara in primis est, atq. insigni pulchritudine, describiturque a Plinio H. N. lib. 8. c. 18. Si ne haec quidem est, quaenam sit, prorsus ignoro. Davus sum, non Oedipus. *desinat* pro *defectas* reponis probe, et ego *obtinitque* pro *obtinito*, *quem*; alioqui minime constabit sensus. Illa vero *sacro de lanigero ac semi angure* mendosa item sunt; forte auctor scripserit *semiaure*; nam ibi de cane loquitur; quibus verbis & villosum suisse eum, & mutilie auribus usum ostendit. Haec ad te raptim. Maceratae 3. Kal. Febr. ann. 1762.

(109) De hoc celeberrimo Viro late Ughellius in Episcopie Placentinie. *Tom. II. Ital. Sac. pag.* 231.

(110) Francisco nempe Sfortia; pacis ab eo factae conditiones promulgatae fuerant die 20. Novembris superioris anni 1441. unde Cyriacus *die post conditam a comite pacem* scribit.

(111) Cosmi Patris Patriae magnificentiam, & hospitalitatem innumeri propemodum scriptores praedicant. *Magnitudine atque elegantia aedificiorum, perpetuaque benignitate hospitalis domus cunctos superare contendebat*, ait Jo. Lodov. Gothofr. *in Arch. lib. I. cap.* 145. apud Nigriam *Ist. degli Scrit. Fior. pag.* 131. Vid. Cyriaci Itinerar. pag. 14.

(112) Edidit Gruterus pag. DLII. 7. praenomine M. apposito, quod ex Ursini & Velleri Schedis & Codice Redii in repetita editione emendatum fuit. *Ex Praetor.* In Veteranorum inscriptionibus adnotatur plerumque praetoria cohors, in qua militaverant; non insolens tamen est omissa cohortis numero eos *praetorianos veteranos* dici. V. eumdem Gruterum pag. DXXIV. 8. DXLVII. 4. MCIX. 14. quae iterum prodiit in Murator. pag. 845. 6. & laudatum Murator. pag. 830. 5.

(113) Ex Apiano Gruterus edidit pag. DCCLXXIII. 5. omissis siglis V. F. quae ex Codice Redii in repetita editione restitutae sunt.

(114) Ediderunt Gruterus pag. CDLXXXVI. 7. Rubeus in *Hist.* Rav. lib. I. & Pincius *de Numm. Rav.*; in illustranda tamen

COR-

CORNELIA MAXIMINA

MARITO INCOMPARABILI

ET SIBI VIVA POSVIT

tamen insigni hac inscriptione paullulum immorari haud piget.

Legebatur in Grutero IIIIII VIR; verum in repetita editione ex Schedis Briani & Gudio restitutum fuit IIII VIR, ut habent Rubeus, & Pincius, & descripserat Cyriacus noster. Et re vera IIII virum Aedilicia potestate fuisse Vettium potius, quam Sevirum facile inducor, ut credam, non solum quia saepe & saepius in vetustis inscriptionibus IIII viri Aedilicia potestate occurrunt, nusquam autem Seviri, quantum ego meminí, verum etiam quia alterius vetustae inscriptionis fragmentum, quod neque in Gruteri opere, neque in Muratorio apparet, recitat Rubeus *Hist. Rav.* lib. I. pag. 5. in quo M. quidam Papius Sabinus IIII VIR RAVEN. dicitur.

Sed illud animadvertendum, notandumque in primis est, quod P. Vettius nominetur MAG. MVN. RAV. Scaliger in indice, Ursatus, & repetitae Gruterianae editionis auctores explicant *Magister Municipii Ravennatis*, quod vix revocari posse in dubium videbatur. Verum non revocavit modo, sed plane & aperte rejecit Muratorius, qui pag. 168. 1. Mutinensem aliam inscriptionem illustrans ita de hac scribit: *Neque* Magister Municipii Ravennatis *mihi creditur Vettius ille sabinus, sed* Magister munerum Ravennatum, *aut* muneris Ravennatium, *ludorum scilicet, qui* Ravennae *celebrabantur.* Muratorii sententiam moderate, modesteque pro ea, qua pollent, humanitate subaccusaverunt doctissimi editores Veterum Monumentorum ad Classem Ravennatem nuper erutorum pag. 18. *Qua in re*, inquiunt illi, *haud scimus num sub scribendum sit ejusdem Muratorii sententiae, qui inscriptionem apud Rubeum pag. 9. in qua legis* MAG. MVN. RAV. *ita explicat pag. 168. 1. ut intelligere debeas* Magistrum, non *Municipii*, sed munerum Ravennatium. Verum aperte, palamque Viri ceteroqui immortali memoria digni sententiam reprehendere poterant; quamvis enim in gladiatoris alicujus titulo inscribi potuisset mutilum verbum MVN. loco MVNERIS, ut scriptum profecto occurit in duabus gladiatorum inscriptionibus apud Gruterum pag. 335. 4. & 5. attamen in reliquis omnibus sive publicis, sive privatis monumentis vix aut nullo modo per compendium ea vox notari potuit, nisi ab iis, qui illudere lectoribus in animo habuissent. Proinde explicate semper & integre hoc verbum habetur tam apud Gruterum pag. 114. 8. 330. 2. 375. 3. 379. 12. 431. 1. 448. 4. 475. 3. 484. 1. 1095. 7. quam apud Muratorium pag. 181. 7. 454. 6. 612. 7. 614. 1. 615. 2. & 3. & 4. 616. 2. & 3. 617. 6. 618. 1. 619. 3. quibus adde Sponium *Miscell.* pag. 198. de Vita *antiq. Benevent.* Cl. vest. 1. & marmor nostrum Pisaurense n. XLIII. Neque ab hac, quam proponimus, regula aberrat Beneventana ejusdem Muratorii inscriptio pag. 191. 4. in qua CVR. MVN. DIN. legitur. Descriptoris enim vitio vox illa mutila apparet, nam in ipso lapide plane & perspicue scribitur CVR. MVNERIS ut habet laudatus Cl. de Vita Cl. X. 14. Neque aliter heri poterat, si vera fateri volumus; non enim veteres vocum compendia, nexus literarum, notae, siglasque adhibuerunt, ut posterorum ingenia torquerent, sed quia, ut sapientissime docuit in prolegomenis ad *Notas Graecorum* pag. 6. doctissimus Corsinius, *facile a ceteris ex trita jam consuetudine, receptoque more intelligi possent, perinde quasi voces omnes integre, disertaque conscriptae forent.*

Mirari tamen satis non queo, quid Muratorio in mentem venerit, ut Magistrum Municipii Ravennatis repudiaret, quando Magistros Coloniae e tenebris evocavit, & in Thesaurum suum introduxit, nempe pag. 98. 3. & pag. 2053. 7. verum utrobique doctissimus vir lapsus fuit. Pag. 198. 3. sacra inscriptio recitatur, quam posuit TELEPHVS MAG. COL. CVLTO. EIVS. Ait ibi Muratorius: *Telephus iste fuit Magister Coloniae, aut Collegii alicujus, & cultor ejus Deae.* At certissimum est eas voces exponi debuisse *Magister Collegii Cultorum ejus*; notum est enim Deorum cultores in Collegio coiisse, quae per Magistros administrabantur. Pag. 2053. 7. Inscriptio Sabariae in Pannonia refertur, in qua occurrit MGG. COL. GEN. PMS. haec ibi notat ille: *Mihi sane Magistri Coloniae. Sed quid M.P.S.? Si conjecturae locus est pro G lege C, pro E lege L, pro N lege AV geminis literis connexis, ita ut sit CLAV. Fieri ergo potest ut hic mentionem habeamus* Coloniae Claudiae Martiae Piae Sabariae; *fuerunt autem Exceptores & Peculiaris scribae Collegii.* Post Magistrorum enim illorum, scribarum nomina in lapide consequuntur; quod, nisi valde fallor, aperte docet in superiori linea, quam corruptam esse omnes fatemur, non *Magistros Coloniae* requirendos esse, sed Collegii alicujus Magistros, Centonariorum nempe, vel Dendrophorum, vel aliorum quorumlibet artificum; ejusdem profecto Collegii, cujus scribae Exceptores & Peculiaris postea recensentur.

Sed *quandoque bonus dormitat Homerus; neque ego paucis offendar maculis*, quum tot tantaque doctissimi viri exstent opera. Praestat igitur his omissis, quid fuerit Magister Municipii Ravennatis inquirere. Apud Gruterum pag. 513. 1. occurrit MAGG. SAEPINAT. Ursatus notas has explicaturus ait: *Magister Saepinatium quis fuerit non ita facile mea judicio est cognitionis.* Deinde vero, quum animadvertisset Dictatorem appellatum fuisse olim Magistrum populi, rem ita concludit: *Conjectare ausim eamdem Magistri Coloniae, vel Municipii dignitatem & auctoritatem fuisse; quod & mihi suadet familiaris usus hujus vocis in Coloniis, & Municipiis, in quibus Magister Juvenum Collegii Augustalium habebatur.* Verum doctus scriptor Magistros Collegiorum cum Magistris Coloniarum, Municipiorumque confuse permiscens, in nodum incidit, ubi omnia aperta erant; in ea enim Inscriptione, quam in repetita Gruteri editione ex ipso lapide Gudius emendavit MAGG. SAEPINAT. ET BOVINAT. (licet mancam iterum dederit Gorius inter Donianas Cl. II. 65. & ex eo Muratorius pag. 606. 1.) literae habentur a Bassaeo Rufo, & Maesinio Vindice datae MAGG. SAEPINAT. ET BOVINAT. hoc est *Magistratibus Saepinatium, & Bovianatium*, ut praeclare Muratorius ibi docuit. In eodem Grutero pag. 214. habetur MAG. ET DEC. CAERETANOR. quod Scaliger in indice elaboratissimo legit *Magister, & Decuria Caeretanorum*, ibique notat *Magister, & Decuria Caeretanorum, qui & paullo ante, & post Curator vocatur*, quae interpretatio si vera esset, singularis jam non adest amplius Magister Municipii Ravennatis, & Magisterii illius vim ac munera proba teneremus. At summus vir insigniter utique lapsus fuit, legi enim ibi debet *Magistratus, aut Magistratibus, & Decurionibus Caeretanorum*, quod cuique statim patebit; in ea enim inscriptione ex *commentario quotidiano* Municipii recitatur Epistola, quam Ordo Caeretanus Curiatio Cosano Curatori Municipii scripserat: MAGISTRATVS ET DECVRION. CVRIATIO COSANO SAL. Inde Cosani responsum CVRIATIVS COSANVS MAG. ET DEC. CAERETANOR. SAL. Quis non videt responsum iis, qui literas dederant, inscribi? proinde omnino legendum *Magistratus*, vel *Magistratibus*, & *Decurionibus Caeretanorum*. Itaque non adhuc inscriptio haec in tota antiquitate, quod ego quidem sciam, Magistrum Municipii exhibet. Restat nunc ut de honore hoc pauca delibemus. Primum notissimus Festi locus adscribendus est. *Magistrare*, inquit ille, *moderare; unde Magistri non solum Doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur, quia omnes hi magis ceteris possunt; unde & Magistratus qui per imperia potentiores sunt, quam privati.* Equidem vicorum, pagorum, collegiorumque praepositi nomine hoc plerumque notabantur ut Festus docuit, & sexcenta antiqua monumenta testantur. At certissimum est in Municipiis, quae suis legibus regebantur, Magistratus certis ac propriis vocabulis appellatos fuisse, quorum quidem pleraque recensuit Gronovius ad *Orat. Cic. pro Mil.* & Ev. Otto *de Aedil. Colon.* cap. 6. Hinc summus Magistratus apud Tusculanos, ut Livius docet lib. III. c. 18. & lib. VI. c. 47. *Dictator* dicebatur; item Lanuvii, Cicero *pro Milon.* & Caere, ut constat ex insigni, quam modo laudavimus, Gruteriana Inscriptione pag. 214. Is itaque Magistratus, qui in memoratis Municipiis *Dictator* dicebatur, Ravennae *Magister* appellatus fuit, quo nomine, ut supra ex Ursato innuimus, etiam Romae dictatorem nominabant, ut perspicue docet Seneca *Epist.* 108. ubi ea, quae philologus aliquis in Ciceronis libris de Republica notaret, enumerans ait: *praeterea notat eum, quem nos Dictatorem dicimus, & in historiis ita nominari legimus, apud antiquos Magistrum populi vocatum, hodieque id exstat in auguralibus libris:* cui consonat Varro de Lin. Lat. lib. IV. c. 14. & Festus in V. *optima lex*, ut viri docti jamdiu animadverterunt. Fuit igitur *Magister Municipii* summus Ravennatium honor, ad quem Vettius iste post gestam aedilitatem, sive quatuorviratum aedilicia potestate conscendit.

34 (115) D. M.
APPEIENA C. F. PHILV
MENE . FLAM . MVT.
SIBI ET . P. TITIO VIVA
ET POSVIT

*Apud antiquam SS. Petri Apostoli Aedem. Ad marmoream urnam.*

35 (116) I. NONIVS. VERVS. V. CONS. BIS . CORRECT. APVLIAE . ET . CALAB.
VENETIARVM . ET . ISTRIAE . COMES . PATRONVS . MVTINENSIVM
AQVILEIEN . BRIXIANORVM . ET . VNIVERSARVM . VRBIVM
APVLIAE . CALABRIAEQVE
VINICIAE . MARCIANAE . C. F. FIL. CAECILIANI
PVBIS . RATION . VRBI . ROMAE . ET . AFRICAE . PRAES
LVSITANIAE . CORR. APVL. ET. CALAB. VIC. PRAEF
PER . ITAL. CONIVGI . SANCTISSIMAE . AC . BENI
GNISSIMAE . CVIVS. VITA . MORVM. STVDIORVMQ.
LAVDIBVS . ET . VNIVERSIS . VIRTVTVM
ANIMI . TAM . CLARA . EXTITIT . VT . ADMIRA
BILIA . VETERIS . PROBITATIS . EXEMPLA
SVPERARIT . QVO . MERITO . OMNIVMQVE
IVDICIO . SINGVLARI . PRAECONIO . INLVSTRI
VM . MATRONARVM . DECVS . ORNAMENTVMQ.
EST . ABITA

*Ad dextrum urnae caput.*

M. C. F.

M. C. P.

L. NONI

FAVSTINI

LAVDICIAE

Ad XI. K. Novembr. venimus Togatae Galliae Regium Lepidum, in qua nil dignum veternitatis verendissimae vidimus praeter antiquum Papiae librum, qui exstat hodie apud S. Prosperi Cathedralem Ecclesiam in sua veteri Bibliotheca. Sic ipse liber vetustis literis incipiens.

A. in omnibus gentibus ideo prior literarum est, pro eo quod ipsa prior nascentibus vocem aperiat.

Ab abatissimis, a deformissimis, & ab infirmissimis
Ab abjectissimis animis, & ab humilibus
Ab accessu venrorum, a ventorum ingressu
Abjectus ab actu remotus, ablatus, expulsus
Ab orsus est, de medio sublatus, & raptus. unde latrones abactores dicuntur.

(115) Ita ut habet Cyriacus ex M. S. Sirmondi emendata est haec inscriptio in repetita Gruteri editione pag. 932. 10. atque ita in lapide habetur, ut testatur Muratorius, qui exscripsit, iterumque vulgavit pag. 168. 5.

(116) Praeclaram Inscriptionem ediderat Gruterus pag. 1098. 1. Maffeius ad calcem *Tom. I. Veron. Illust.* n. XLVIII. demum Muratorius ex ipso lapide pag. 725. 3. cujus exemplar cum Cyriaci descriptione plene convenit, nisi quod aliter lineae dispanantur. In eo tamen Muratorio non assentior quod siglas P. V. Caeciliani nomini appositas interpretatur *Praefectus Urbi*. Ait ille: *Caecilianus vero in quarta linea dicitur P. V. hoc est*, Praefectus Urbi, *simulque Rationalis Urbis Romae, & Africae, quod munus (idem fortasse cum Procuratore fisci) ex hoc lapide discimus*. Ego vero legendum censeo *Perfectissimo Viro*, qui titulus Rectoribus Provinciarum tribuebatur, ut in responsione Italica *ad Glossas marginales*, quibus ingeniosissimi, amicissimique Passerii *Lucernae fictiles* non minus maledice contumeliosque, quam barbare & inscite carpebantur, copiose ostendi. Quum enim dignitates & honores in vetustis Inscriptionibus eo ordine notatae sint, quo gestae fuerant, adeo ut a minoribus ad majores semper ascendatur, vix fieri potest ut Caecilianus post Praefecturam Urbi, Rationalis Urbis fuerit, quod officium Praefectura tanto minus erat.

Ad X. K. Novembr. venimus Parmam (117), Chryfopolimve Civitatem Galliae Togatae, ubi primum apud Aedem SS. Joh. Evangeliftae ad antiquiffimam bafim hoc vetuftiffimum epigramma comperimus; ipfum etenim nobile epigramma de Sacro Junonum fimulacro una cum (118) R. P. D. Br. Placentino Cardinali, & Venerando D. A. Arianenfi Epifcopo lectitavimus.

36 (119)

IVNONIBVS
L. ZARIVS PHILERO
S. L. M.

Apud Aedem B. Virginis Cathedralem vidimus antiquum SS. Martyrum Largi, Cyriaci, & Smaragdi Sepulcrum, & ante faciem ejufdem Ecclefiae confpexi praeclariffimi Macrobii noftri tumulum ex marmore perornatum, in quo (120) Phy. Parm. offa pofita funt.

Vidimus & ornatiffimum Joh. Baptiftae SS. rotundum nitido de marmore templum, habens in medio magnam atque mirificam baptifmatis unico ex lapide fontem.

Vidimus & altare B. Cyriaci martyris, bafimque antiquam ex marmore, in qua hoc erat infcriptum epigramma. Sed fracto lapide literarum prima pars defecta videtur.

37. (121)

X. GEMIN. PIAE. FIDEL. CENT. LEGION. IIII.
SCYTHIC. XI. CLAVD. XIIII. GEM.
VII. GEM.
PATR. COL. IVL. AVG. PARM. PATR. MVNICIPIORVM FORODRVENT. ET.
FOROVONANOR. PATRON. COLLEGIOR. FABR. ET, CENT. & ET
DENDROPHOR. PARMENS. COLLEG. CENT. MERENTI.

*Apud Parmam ad Aedem Cathedralem.*

38 (122)

C. MVNATIVS
P. F. SIBI. ET
LVCILIAE. SEX. F.
ROMVLAE
C. MVNATIO
C. F. NOVELLO. F.
V. F.
IN. F. P. XXIV. IN A. P. XII.

*Ad Aedem S. Thomae.*

39 (123)

D. M.
KLOCAERVS
PVBLICVS
HELENO
COLLACTIO
B. M.

(117) Febellam hanc, que nobiliffimae Urbis origines de more foedantur, latius profequitur Leander Alberti *Defcr. dell' Ital.* quem vide.

(118) *Reverendiffimo Patri Domino Branda, & Venerando Domino Angelo Arianenfi Epifcopo*, de quo infra.

(119) Edidit ex Apiano Gruterus pag. 24. 3. Gudius emendavit PLARIVS. literae PL connexae alterutrum facile decepit.

(120) Idem tradit Blondus *Ital. Illuft. Macrobiumque, cujus extant doctrina pleni de Saturnalibus libri, Parmenfem fuiffe legimus; in cujus fepulcro Parmae celebri noftra aetate conditus eft Blafius Parmenfis philofophus non incelebris.* Inde colligimus vel Cyriacum memoriae lapfum Blafii nomen omififfe, vel defcriptoris incuria illud excidiffe. Leander Alberti cognomen addit: *Ancora parturi Biagio Pelacane gran Filofofo, e aftrologo.* Hujus Viri in *aftrologicis atq. opticis nobiliffimas quaeftiones* memorat Voffius Heilbronner *Hift. Math.* lib. I. c. 27. Vide etiam ejufdem lib. II. ubi Blafii opera MSS. quae fuperfunt Neapoli in Bibliotheca S. Severini, & Florentiae in Bibliotheca Medicea recenfentur.

(121 Edidit Gruterus pag. 492. 5. auctiorem in principio, & fine.

(122) Extat in Grutero pag. 1134. 7.

(123) Gruterus p. 661. 3. litera A, K literae fuperimpofita, locum dedit errori, qui in repetita editione notatur. Heleni nomen duabus prioribus literis connexis recte defcripfit Cyriacus, male vero Cantonii Schedae cum dipthongo exhibent.

C. SER.

40 (124) C. SER.
PRIM. PIL.
PRAEF.
TRIBVNVS
MILITVM.

*Ad Aedem B. Alexandri Pontificis.*

41 (125) SEX. CASSIO
CASSIA CLEMENS
VXOR.

*Ad Columnam marmoream.*

42 (126) D. N. IMP. CAES. FLA.
CONSTANTINO P. F.
VICTORI. AVG. PONTIFICI
MAXIMO. TRIBV POTE
STAT. XXIII IMP. XXIL
CONS. V. P.P. PROCOS
RERVM HVMANARVM
OPTIMO PRINCIPI
DIVI CONSTANTI FILIO
B. R. P. NATO

I.

*Ad Aediculam.*

43 (127) D. M.
XANTHIPPES SIVE IAIAE
C. CASSIVS LVCILIANVS
ALVMNAE DVLCISSIMAE
SEV MORTIS MISERET SEV TE VITAE PERLEGE
NOMEN XANTHIPPE IAIA EADEM LVDICRO
QVOT EXPRIMENS DOLORE FVGIT ANIMA CORPORE
HIC CONQVIESCIT CVNIS TERRAE MOLLIBVS
QVAM TRINO ANNORVM FILO PROTERENTIA
NOVEM POST MENSVM FATA CONFICIVNT MALO
LVES IGNITA TORRET VITAQVE ... ES
VENVSTA AMOENA INTE ... ARRVLA
QVAM SI QVA PIETAS INSITAS ... IIBVS
VIVENTI INGENIO SOLI ETL ... REDDITE
ALTORIS MEMOREM QVEM PARENTES DIXERANT
CVM PRIMVM NATVST LVCILIANVM
CASSIVM.

Quae (128) a me pridie Venetiis tantopere tuus flagitabat Laurentius hodie claritati tuae, & tibi trasmittendum curavi, Jacobe adolescens magnanime; insigne scilicet animal, ac breve sub eo aliquid, & memorabile dictum, quin aemularier quoad

(124) Fragmentum hoc ineditum fortasse est.

(125) Edidit Gruterus pag. 768. 3 praenomen rectius descripsit Cyriacus; verum cognomen MANCIAE, quod in Grutero legitur, excidit.

(126) Edidit Gruterus pag. 159. 6. Gemellam vide pag. 283. 3. In consulatus, atque Imperatoriae appellationis numero error irrepsit.

(127) Ex Aldi, & Alciati Schedis exhibuit Gruterus, & Romae in *Aedesii Fano* exstare scribit pag. 660. 1. Lacunas, quas Cyriacus exprimit, suppleri ex ingenio, ut ego quidem existimo. V. Bonad. *Carm. ex ant. lap. Vol. II. p. 184.*

(128) Epistolam hanc quatuor ante annos scripserat Cyriacus, ut ex Eugenii Pontificis anno VIII. in fine ejusdem apposito dignoscitur. Quis autem Jacobus hic, cui illa inscribitur, quis Laurentius, qui in ea laudatur, fuerint, plane nescire me fateor.

posse

posse videretur, illius nostri clarissimi Francisci Barbari equitis, qui Hermellinum pro insigne gerens praeclarum illud appoluit hypogramma POTIVS MORI QVAM FOEDARI.

Ego sed enim vero priscos si Graecos aspicio, Latinosve scriptores animalium inter genera praeclarius phoenice nullum commendasse literis cognovi; nec inter egregia hominum dicta praestantius invenio quicquam, neque avi aptius illi, quam ITA MORIER VT VIVAM. Nam quid de summa totius humanae rei homines inter claros exposcendum est, nisi ita pulchra per virtutum facinora mortem subeamus, ut post humatum corpus clariorem nomine vitam, atque longiorem posteros inter bellissime relinquamus. Vale & mei, meae rei memor esto. Ex Ferraria pridie Idus April. (129) E. P. A. VIII.

Phoenix

ITA. MORIER. VT. VIVAM

*Quaedam hic omittuntur, quae Cyriacus ex Anthologia descripserat.*

## (130) EXHORTATIO AD POETAS AD LAUDES

### *J. ex Ex. Prin. March. Esten. canendas.*

Pergite jam Vates excelsi tollere nomen
Principis, & claras certatim dicere laudes,
Magnanimos proceres superat qui valde priores
Fama, & sidereas conscendit vertice ad oras:
Qui decus Italiae, & cunctas certamine gentes
Exuperans, sine fine suos ad cella nepotes
Consetet: Estenses semper sua regna videbunt,
Aeternum imperium: atque aeterno nomine fulgens.
Cedat jam totum bello qui compulit orbem,
Cedant (131) caesarie victrices munere Divum
Laurus, & geminas Poenorum marte secundo
Scipiadae palmas, qui fractis viribus hostis
Duxere in patriam summa cum laude triumphos.
Desinat & virides (132) tirias gestare coronas,
Romanas acies qui laevo funere sparsas
Saepius extinxit certaminaque agmina saepe.
O te felicem cantent ex ordine Vates
Ferrariam tanto divino & principe rectam,
Cujus & imperium patriis virtutibus auctum
Ultro magnanimus Princeps (133) Leonellus ad astra
Sistet, qui cunctis virtute insignior unus.
Aspice prostratas bellorum clade tot urbes
Impia tela diu, Mavortiaque arma secutas.
Tu modo namque tui divini Principis (134) arte
Tuta manes; magnosque vides requiescere cives
Consilio ante alios, studio, rerumque potentes.

(129) *Eugenii Pontificis anno octavo.*

(130) Haec etiam Cyriaci carmina ad eumdem annum 1438. pertinent, quo Cyriacus Ferrariae fuit, ut ex illius Epistola supra relata discimus. Illustrissimi, & excellentissimi Principis Nicolai, nempe Marchionis laudes celebrantur.

(131) *Caesarie* ita perspicue legitur in codice, putaverem olim scripsisse Cyriacum *Caesareae*, ita ut per laurus Caesareas intellexerit Caesarem, *totum bello qui compulit orbem* a Nicolao superatum fuisse, verum nil temere muto, potuit enim Cyriacus, quem *inculte atque horride dicendi genere*, pro *saeculi* sui *barbarie* usum fuisse jampridem notavit cl. Mehus in Praef. pag. xxxvII. *caesariem* pro *capite* usurpare, ita ut sit sensus laurus victrices de capite a Scipiadis deponendas esse.

(132) Lege *Tyrius*, hoc est Hannibal; ita etiam vers. 16. lege *certantiaque*.

(133) Jam tum Leonellus, etsi spurius, patri in imperio successurus videbatur.

(134) Nicolaus Marchio Estensis Pacator Italiae audiebat, ut pluries monuit Muratorius in *Annal.*

Ergo Vos pueri, juvenes ſimul ite, ſenelque
In numerum, Divoque (135) preces effundite dignas
Romano, ut ſtatuat multos regnare per annos
Illuſtres heroas, & alto nomine claros.

Τέλος.

Ad IX. K. Novembrias Placentiam venimus

Placentinam nobilem, & antiquam togatae Galliae urbem, ubi nil tamen digniſſimae gentilium vidimus, memorandaeque vetuſtatis praeter ſacra inter relicta nobis monumenta divum veneranda Beati, beataeque martyrum Cypriani, & Juſtinae condita ſepulcro corpora, quod ſitum eſt ad Cathedralem civitatis antiquam, & ornatiſſimam Eccleſiam

Ad VIII. K. Nov. venimus ad inſigne Caſtellum S. Johannis, ubi comes (136) Alviſius de Verme dominabatur, qui nos laete vidit, & ſplendide hoſpitatus eſt.
Ad VII. K. Nov. venimus.

Ticinum, Papiamve Civitatem, in qua pauca vetuſtatum monumenta videntur, praeter (137) aeneam equeſtrem ſtatuam ante Cathedralem Eccleſiam in foro civitatis, ubi & haec epigrammata diverſis in lapidibus comperi:

44 (138) C. ANNEIAE RVF. F.
MATERNAE.

*Item ad alium lapidem confractum vetuſtate.*

45 (139) V. AVLIVS ST. F.
IIIIII VIR SIBI ET.

Vidimuſque ad aedem Aurelii Auguſtini Doctoris Ss. ejuſdem, & Monachae beatae matris ſuae conſpicua de marmore atque ornatiſſima monumenta, Severinique Boetii sereniſſimi ſarcophagum, non tamen quantum ſua dignitas merebatur (140) ornatum. Vidimus & inſignem arcem tantae civitatis, nobile opus incliti Galeacii equitis nobiliſſimi, & aeneas inſignes machinas, ac monumenta antiquae ab origine gentis quamplurima. Invenimus & praeclaros inter, & doctiſſimos viros Catonem (141) Jure conſultiſſimum hominem, quoi Catonis argenteum nomiſma dono dedi, & ipſe me contra 4. argenteis antiquiſſimis donatum fecit, quorum in altero Caſtorem, & Pollucem equeſtres inſignitos habebat; in altero vero M. (142) Lucini videbatur capitis imago; alter ex parte bijugales equos pro inſigne gerens.
Invenimus & eadem in urbe illuſtrem (143) Joannem Lucidum Mantuanum Mar-

(135) *Divo Romano*, hoc eſt Eugenio Pontifici, qui tum Ferrariae occaſione Concilii morabatur.

(136) Aloyſius da Verme inter praecipuos Philippi Mariae Vicecomitis ductores numerabatur. V. Murator. in *Annal.* ad an. 1441. ubi Darthonae imperium affectaſſe illum ſcribit. Et P. Candidum Decembrium in Vita Philippi Mariae cap. 26.

(137) Plura de hac equeſtri ſtatua congeſſit Leander Alberti, *Deſcrız. dell' Ital.* Mabillon *It. Ital.* Antonino Pio adſignat. Verum meliora expectanda ſunt a Viro eruditiſſimo Antonio Zirardinio, qui egregium hoc monumentum, quod Ravennae olim extabat, & a Carolo Magno Papiam aſportatum fuit, docte de more illuſtrabit.

(138) Inſcriptio haec, ut puto, inedita adhuc erat.

(139) Edidit Muratorius pag 670. 6. ſed LV. legit in principio, & SP. F. loco ST F. Verum praeferendum eſt Cl. Zachariae, qui lapidem vidit, exemplar. Is ita habet *Excurſ. liter. cap.* 12 *pag.* 212.

V A V L I V S . S P F . . . .
IIIIII V I R S I B I E T . . .

(140) *Jacet*, inquit Mabillonius *It. Ital.* in *illa vetere Eccleſia Severinus* ... *ad gradus ſanctuarii ex parte auſtrali, arca lapidea ſuper quatuor columnas erecta*.

(141) Caro Saccus Ticinenſis pluribus ad eum a Philelpho datis literis celebris, laudatur etiam a Blondo *Ital. Illuſtr.* & a Leandro Alberti.

(142) M. *Lucili*, vel M. *Lucini* ſcripſerit Cyriacus; in utriuſque gentis denariis Victoria in bigis conſpicitur. *Lucinia* gens nota eſt ex inſcriptionibus, neutiquam tamen ex nummis.

(143) Joannis Franciſci Mantuanorum Marchionis filius.

cho-

chionem, qui mihi postquam plurima numismata aurea, argenteaque, & aerea ostentarat, Stesimbroti (144) Thasii argenteum nummum largitus est, qui prima in parte ejusdem caput hedera coronatum habebat; alia vero in facie Herculis imaginem suis cum insignibus, clavamque, & leonis pellem gerebat, cui sic Atticis literis inscriptum erat: ΗΡΑΚΛΕΥΣ. ΣΩΤΗΡΟΣ ΘΑΣΙΩΝ.

Ad III. K. Novembrias venimus

Mediolanum nobilissimam Insubrium, & antiquissimam urbem, ubi primum Gerardum (145) Comensem Revmum Cardinalem, una & Uguccionem (146) de Contrariis virum magnificum, aliosque ex illustrissimo Duce spectatissimos viros nostro obviam Reverendissimo Cardinali Placentino honoris causa venientes vidimus; qui eum magno omnium concursu civium, ingentique plausu candenti sub pallio ad lares usque dignissimos comitati sunt, & statim postquam ex equo desilui, ad Francicum Philelphum (147) V. C. me quam acceleratissime contuli, & ille me postquam perbenigne susceperat, primum me notitia, & praeclarissima benevolentia viri praeclari ingenii, & Graecae, Latinaeque facundiae apprime doctissimi Theodori (148) Thessalonicei donatum peregregie fecerat.

Ad K. Novembrium Pantheum Faustum, & Caelicolum omnium feliciissimum, celebratissimumque diem optimus ille senior Placentinus ab ipso inclito Principe per egregios Legatos L. Grotum (149) Guarnerium, Franchinumque equites Castelliones accitus ad insignem civitatis arcem ad ipsum se Philippum ducem serenissimum contulit; quo cum verendissimo Patre me primarios inter comites ad exoptatam tam illustrissimi Principis praesentiam perquam avidissime duxi, quem & postquam propinquius vidi, & praeclara saepius voce Cardinali ipsi alacrem respondentem audivi, suum abs se praeclarissimum nomen egregie nempe superatum accepi.

Ad Cathedralem B. M. Virginis marmoream & ornatissimam aedem sacram Natali ejusdem Virginis die vidimus inter alia sacra Ambrosii ... librum, in quo

Domine (150) D. N. in cujus spiritualibus castris militat laudanda sobrietas, abstinentia fructuola, & casti pudoris opulenta frugalitas, jejunantium vota clementer adsume, & fidelibus postulatis consueta pietate succurre (151) P. X. D. N.

## P R AE F A T I O.

P. X. D. N. qui ad sinuandum humilitatis suae mysterium fatigatus resedit ad puteum, & a muliere Samaritana aquae sibi petiit porrigi potum, quod in ea creaverat fidei donum, & ita ejus sitire dignatus est fidem, ut dum ab ea aquam peteret, in ea ignem Divini amoris accenderet; Imploramus itaque tuam immensam clementiam ut contemnentes tenebrosam profunditatem vitiorum, & relinquentes noxiarum hydriam cupiditatum, te qui fons vitae & origo bonitatis es, semper (152) sen-

(144) Thesiorum, quem Cyriacus describit, argenteus tetradrachmalis nummus in aerica parte caput muliebre hedera coronatum exhibet absque ulla epigraphe.

(145) Gerardus Cardinalis Landrianus Eugenii IV. apud Philippum Mariam Vicecomitem Mediolani Ducem Orator, vel Apostolicae Sedis Legatus in Provincia Ligurum, ut ipse in suis literis infra producendis inscribit. De hoc amplissimo Viro lege in Biblioth. Scriptor. Mediolan. pag. 771.

(146) Uguccio de Contrariis Ferrariensis, quem primarium in Aula Nicolai Marchionis Estensis appellat Cyriacus Itiner. p. 31. e Philippo Maria Vicecomite Mediolanum evocatus, plura eaque gravissima gessit ibi munera, quae recenset Ferrariensis Historicus Meresti Teatr. Geneal. Tom. II. pag. 147.

(147) Franciscus Philelphus, qui inter eruditissimos XV. saeculi Viros praecipua laude floruit, jam inde ab anno 1439., ut ex ejus Epistolis patet, a Philippo Maria Duce quam liberalissime invitatus, Mediolani domicilium collocavit.

(148) Theodorus Gaza Thessalonicensis Vir Graece, Latineque doctissimus. Corrigendus profecto est Petavini Gymnasii Historicus Nic. Papadopoli, qui Theodorum in Italiam Thessalonica ex urbe Natali circa annum duntaxat 1443. venisse scribit Tom. II. lib. 2. cap. 9. ubi pluribus de illo agit. Ex hoc enim Cyriaci loco constat initio Novembris anni 1442. Theodorum Mediolani fuisse; imo ex Ep. ... lib. IV. Fr. Philelphi patet illum jam inde ab anno 1440. Ticinum incoluisse.

(149) Tres praecipui Mediolanensis aulae Viri; Aloysius nempe Crottus, Guarnerius, & Franchinus Castilionaei. Ad Crottum Ducalem secretarium, Senatoremque plures exstant Philelphi Epistolae. Quaedam etiam de eo notantur in Biblioth. Scriptor. Mediol. pag. 755. De Guarnerio Castilionaeo Jureconsulto, Ducalique Senatore, ad quem item scripsit Philelphus agitur in eadem Biblioth. pag. 301. De Franchino, Ducali pariter Senatore, V. eandem Biblioth. pag. 357.

(150) Deus noster.

(151) Per Christum Dominum nostrum. Idem infra.

(152) Lege Sitiamus.

tiamus

tiamus, & jejuniorum nostrorum observatione tibi placeamus per E. D. N. Tribue (153) N. O. D. ut dona caelestia, quae debito frequentamus obsequio, sincera professione sectemur.

K. A. (154) Poggio suo Sal. Cum hisce diebus una N. (155) cum Ver. seniore B. Card. Placentino, Mediolanum petentes Parmam civitatem adventaremus, apud antiquam Jo. Apostoli, Theologique Ss. Aedem, vetus inscriptum marmor hoc vetustis & expolitis literis epigrammate comperimus, quod ego accurate perlegi una cum viro Venerando Angelo Arianensi Pontifice, nostris & adjecimus Commentariis ut & tibi potissimum ostentare (156) qñq. valeremus. Nam & olim ex Aquileja (157) vetusta civitate compertam ejusdem generis inscriptionem ad te misisse scio, qua prima in parte IVNONIBVS SACRVM erat, quod te non facile credidisse sum memor; sed (158) putabas ab me errorem sumptum, & Junoni bis sacrum in lapide scriptum opinarier te & dixisse cognovimus. Vale. Epigramma ipsum perlege:

IVNONIBVS
L. EARIVS PHILERO
S. L. M.

*Apud Mediolanum ad antiquam Ambrosii Episcopi Ss. aedem marmoreas inter confractas tabulas ab interiori sepulchri parte compositas.*

| | |
|---|---|
| 46 C. PLINIVS. L. F. | OVF. CAECILIVS |
| AVGVR. LEGAT. PRO | PR. PROVINCIAE. PON |
| (159) CONSVLARI. POTESTA | IN. EAM. PROVINCIAM E |
| IMP. CAESAR. NERVAT | AIANO. AVG. GERMAN |
| CVRATOR. ALVEI. TI | ERIS. ET. RIPARVM. E |
| PRAEF. AERARI. SATV | NI. PRAEF. AERARI. MIL |
| QVAESTOR. IMP | SEVIR. EQVITVM |
| TRIB. MILIT. LEG. | GALLICAE. |

*Item apud Mediolanum ad easdem confractas tabulas.*

| | |
|---|---|
| TIB. IVDICAND. THERM | ADIECTIS. IN |
| ORNATVM. HS. CCC | LIVS. IN. TVTELA |
| HS. CC. T. F. I. | LIBERTOR. SVORVM. NOMIN |
| HS. XVIII LXVI DCLXVI REI | AEMENT. POSTEA. AD. EPVLVM |
| EB. VRBANA. VOLVIT. PERTIN | S. DEDIT. IN. ALIMENTVM. PVEROR |
| ET. PVELLAR. PLEB. VRBAN. HS | IN. TVTELAM. BYBLIOH. |
| CAE. HS. C. | |

(153) *Nobis Omnipotens Deus.*
(154) Parem profecto gratiam non retulit Cyriaco Poggius, qui in Epistola ad Leonardum Aretinum *injuriosum*, & *ridiculum hominem* illum appellat, quod per somnum Mosas primum, dein Mercurium secum, dum rediret e Graecia, loquentes pro Caesaris caussa adversus Poggium simulaverit. V. *Diatr. praelim. ad* Fr. Barbari Epist. pag. LIII.
(155) *Nostro cum Verendissimo Seniore Branda Cardinale.*
(156) *Quandoque.*
(157) Inscriptio, quam hic memorat Cyriacus & ex Aquileja Poggio transmiserat, ea procul dubio est, quae extat in Grutero pag. 24. 1. & illustratur a Turrio in dissertatione de Diis Aquilejensibus pag. 304.
(158) Hic certe locus quantum Cyriaco debeamus satis ostendit; nimirum discimus non modo doctissimos, illius aetatis Viros, qualis sine ulla controversia fuit Poggius, in vetustis inscriptionibus exponendis caecutiisse, verum etiam summam a Cyriaco adhibitam fuisse diligentiam, ut errores, in quibus ii versabantur, eriperet.
(159) Celeberrimam hanc inscriptionem in quatuor partes rudioribus saeculis distractam ex Alciati schedis ediderunt tam Gruterus *pag.* 1028. 5., quam Muratorius *pag.* 732. Neuter tamen quo loco *scalpello excisae* deficerent *literae*, quidve Alciatus *veterem incuriam sollicitudine sua redimens* praestiterit, annotavit. Debemus id Cyriaci diligentiae. Ceterum Alciati interpretationem vulgavit Muratorius *ead. pag.* 732. *& seqq.* V. etiam eruditissimi Saxii Dissertationem *De studiis Mediol. cap.* 2. Et Cl. Zachariae Epistolam mihi pro sua humanitate inscriptam, recusam in *Excurs. liter. pag.* 98.

Ad

*Ad Aed.* *ad ornatam basim.*

47 (160)

DIS MAN.

L. GRAECINO

POMPEIANO

ANIMAI . IVCVNDISS.

QVI . VIXIT . ANNOS . XXIIII.

MATER . POSVIT

AEMILIA . POMPEIA

ET . SIBI.

*Ad Cathedralem B. Virg. aedem.*

48 (161)

D. M.

M. MESTRI

M. L. CENSORINI

PATRONI . OPTIM

*Urceolus* ET . M. FVLVIO . PHILLIO *Patera*

VI . VIR . SEN. AMICISS.

*Ad Aedem S. Stephani.*

49 (162)

C. ATILIVS . C. F.

OVF.

TERTVLLVS

VETERANVS . SIBI ET

FVSCO . ET . CATVRIONI

LIBERTIS.

50 (163)

T. IVNIO . T. L.

AMPIONI.

IVNIA . T. L. DISETO

SIBI . ET . PATRONO

SVO . FECIT.

Illustris & praecellens Regule Jω. lucidissimeque Princeps.

Ad III. K. Nov. eodem & quo abs te concessimus die, clarissime vir, Mediolanum venimus antiquam atque nobilissimam Insubrum civitatem. Sed antea quam urbem ingrederemur ad II. e portis lapidem Gerardum Comensem Cardinalem optimum una & Uguccionem virum magnificum, ac alios plerosque ex amplissimo anguigeri Ducis ordine spectatissimos viros nostro obviam venerandissimo seniori Placentino Cardinali honoris causa venientes vidimus, qui eum denique laeto, ingentique civium plausu, & magno urbanae plebis concursu candenti sub pallio, ad suos usque lares praedigne comitati sunt. At enim ego postea quam ex equo talaratus desilii, illico me nostrum ad φιλέλφον quam acceleratissime contuli, qui me postquam benigne, alacriterque susceperat, multa conserebamus verba vicissim jucundis nostris perjucunda curis, tuum & in his digne recensendo clarum & excolendissimum nomen, & primum me amicitia & eximia benevolentia viri praeclari ingenii, atque Graiae facundiae doctissimi, latineque haud ignari Theodori Thessalonicei donatum peregregie fecerat, nam & eo certe die talem & eruditissimum & humanissimum virum, ut preciosum hempe sui, simulque Dei donum (164) θεόδωρον ἀγαθὸν καὶ πανάριστον ἄνδρα suscepi: exinde vero ad faustum, Pantheumque & celebrem K. Novembrium diem optimus ipse noster. & hyperverendissimus senior atque pater ab inclito ipso principe per legatos accitus ad ipsum se Philippum Ducem se-

(160) Edidit Gruterus ex Apiano *pag.* 685. 11. deficit in Codice nostro Ecclesiae numen, in qua Cyriaci aetate marmor visebatur, quam S. Nazarii fuisse docet Gruterus; in reperta ejusdem editione exstare nunc in AEdibus Comitis Archinti notavit Gudius. In Grutero habetur ANIMULAE JUCUNDISSIMAE.

(161) Vulgavit Gruterus ex Alciati Schedis *pag.* 413. 6. & in ara dimidiata inscriptam esse tradit; ubi Cyriacus AMICISS. Gruterus habet AMICO.

(162) Edidit hanc Inscriptionem ex Cicereii Codice Cl. Zacharia. Vide *Excurs. literar. pag.* 101. integriorem tamen servavit nobis Cyriacus.

(163) Habetur haec in Grutero *pag.* 981. 4. qui illam collocat *Bergomi in S. Stephano sub lapide, cujus frontispicio effigies viri mulierisque ad vivum exsculptae. lin.* 2. habet AMPHIONI. Vulgavit illam Muratorius e Schedis Cicereii *pag.* 1544. 4. & *Mediolani* posuit. sculpturae non memoret, verum initio auctiorem habet VIV. Ex Alciati Codice vulgavit iterum doctissimus Zacharia *Excurs. literar. pag.* 81., cujus exemplar cum Cyriaco concordat, nisi quod pro DISETO habet DIS. ET; verum eruditissimi & amicissimi viri pace dixerim, malo DISETO, quod servile nomen Juniae fuerit; notum est enim, servis Graeca nomina plerumque imposita fuisse, inter quae hoc quoque, licet aliunde ignotum, numerandum esse, terminatio ipsa testatur.

(164) *Teodorum probum, & longe praestantissimum hominem.*

 renissi-

reniffimum contulit. Qui cum me primarios inter comites ad exoptatam tam praecellentiffimi Principis praesentiam ducere maluisset, secumque me in aula semper viciniorem habuit, & ubi propius procerum ipsum & insignem virum (165) conspexi, & magnifica saepius voce, alacriori facie, tanto leniori summa cum reverentia maximum erga pont. Eugenium, & ipsum se. Cardinalem egregie respondentem audivi, suum illum jam diu terris deditum praeclarum nomen tunc & ab se ipso egregie nempe superatum cognovi.

*Mediolani apud Forum Broletum.*

51 (166)

C. ATILIVS . C. F.
SECVNDVS
SIBI . ET
VAITRINAE . P. F. CROCINE
VXORI . SVAE . ET
IVVENI . VERNAE . SVAE
VIXIT . ANNOS . X

*Ad Aedem S. Petri Caelestini ad vetustam basim.*

52 (167)

D. M.
Q. VITELLI . SATVRNINI
VITELLII
VERANIVS
ET
CONSTANS
VI. VIRI . IVNIORES
PATRI . OPTIMO .

*Ad Aed. Dionisii extra Civitatis moenia.*

53 (168)

D. M.
IN MEMOR
MAXIMIIN
MAXIMAE
CALVINI
MATRI . IN
CONPARABILI.

*Ad Aedem S. Bartholom. extra portam novam.*

54 (169)

V. F.
M. SVLPICIVS . M. L.
ACCEPTVS
SIBI . ET
M. SVLPICIO . ACAS. TO
PATRONO
EROTI . CINNAMO
CONLIBERTIS . PATRONI
ET
C. LVCILIO . FLORO . AMICO.

55 (170)

V. F.
Q. CAMPILIVS . Q. F.
VIRILLIO
VI. VIR . IVN. SIBI . ET
TATINIAE . M. F. VERAE
VXORI
Q. CAMPILIO . PATRI
CASTRICIAE . CONDEXVAE
MATRI .

[165] Miror Cyriacum haec tam diligenter annotasse. Jamdiu enim Philippo Mariae Mediolanensium Duci notus erat, ut ex *Itiner. pag.* 22. colligitur. Infra *se. Cardinalem* legendum puto *seniorem Cardinalem*.
[166] Gruterus *pag.* 933. 3. *lin.* 4. habet VALERIAE.
[167] Gruterus *pag.* 488. 12. exstare ait in vase aquae consecratae.
(168) Mendis scatet haec Inscriptio; auctior & emendatior legitur in Grutero *pag.* 733. 8.
[169] Edidit Gruterus *pag.* 955. 2. *lin.* 4. habet CASTO.
[170] Gruterus *pag.* 384. 7. ita inscribit *Mediolani ad. S. Bartholomaei in marmore dimidiato, cujus tympanum habet caput Medusae, quod delphines inversi ambiunt.* Castriciae cognomen notandum est. Cyriaci codex habet CONDEXVAE, ut & Morigia *Hist. Mediol.* lib. IV. Smetius CONEXIAE. Gruterus CONEXVAE. Schedae Verderii CONDEXVERAE. fortasse omnes peccant.

*Ad Aed. S. Babylae.*

56 B. M.
(171) M. VALERI . POLYCHRONI
ECCLESIAE . CATHOLICAE
ANNO . CENTESIMO . QVARTO

*Ad Aedem S. Dionisii.*

57 D. M.
(172) C. VALERI
PETRONIANI
DECVR. PONTIF. SACERD.
IVVEN. MED. CAVSIDIC.
QVINQ. GRATVIT. LEGATION. VRBIC·
ET. PEREGRIN. PRO. RE. P. SVA. FVNCT.
VIXIT. ANN. XXIII. MENSES VIIII. D. XIIII.
C. VALERIVS . EVTYCHIANVS
VI. VIR. AVG. PATER
FIL. INCOMPAR. ET . SIBI

*hic deficit statua erecta cum his literis.*

| | |
|---|---|
| ET | EV |
| ΔPO | DPO |
| M | MI |
| I | |

*Apud Aed. S. Victoris extra portam Vercellanam.*

58 CERVIA . QVAE . IDEM . VIXIT . ABVNDANTIA . SAECLO
(173) TERDENOS . AEVO . BINOSQVE . QVATER . ATTVLIT . ANNOS
LAETA . DOLI . EXPERS . CVLPA . PROCVL . INSONS . HONESTA
ASTRIGERAM . SCANDIT . ALMA . VIAM . CAELOQVE . RECEPTA
HIC . VITAE . METAS . HIC . INANIA . MEMBRA . RELIQVIT .
D. P. D. PRIDIE . NONAS . IANVARIAS .

*Ad basim lapideam vetustam extra moenia.*

59 T. AVILLIVS
(174) ONESIPHORVS
HORESIVS

*hic deficit currus bijugalis cum quadam navicula superimposita, & statua feminea pulcerrima. Item alia statua rustici vindemiantis pulcerrima.*

[171] Bis in Muratorio occurrit haec Inscriptio; primum *pag.* 47. 13. iterum *pag.* 1954. 7. Laborat Vir doctus ut inauditam hanc aeram explicet, suspicaturque *adnotatam fuisse ibi epocham anni, quo erepta Arianis Ecclesia restituta Catholicis fuit*. Verum *antiquior fane lapis est hic, quam ut quinto, aut etiam sexto saeculo, anno nempe centesimo quarto ab Arianorum ejectione positus dici possit*, inquit Cl. Zacharia differ. I. *de Vet. Christ. Inscr. usu. cap. V.* Itaque ne cum Fleetwoodo inter suspecta marmor hoc rejiciamus, doctissimi Corsinii, cujus ingenii magnitudo, celeritasque in retrusis, atque abditis, desperatisque rebus exponendis vel maxime elucet, sententiam sequimur diss. II. post *Not. Graecor.* pag. XXXI. ita ut mutilus, excisusque lapis ille existimandus sit, & Valerium aetatis suae anno centesimo quarto in pace Ecclesiae Catholicae decessisse in eo notetur.

[172] Gruterus *pag.* 479. 8. ex Apiano, Manutio, & Alciati Schedis edidit; exagonum marmor fuisse indicat; cujus formas basis in museo meo servatur; & diligentius anaglypha reliquis lateribus insculpta commemorat.

[173] Vulgavit hanc Inscriptionem Gruterus *pag.* 1051. 2. ex *Alciatinis*; itidem ex Fleetwoodo doctissimus Mazochius in diatriba de dedicatione sub ascia in re sepulcrali pag. 142. uterque praeponit A☧Ω & emendatiorem exhibet; nos Cyriaci exemplar accurate repraesentemus; utique *lin. ult.* D. P. D. Mazochii conjecturam probat, qui ait *valde vereor ne in lapide pro* DED (ita Gruterus ediderat) *fuerit* DEP. *idest* Deposita, *quod est in Christianis titulis oppido frequens.*

[174] Auctior & emendatior ex Apiano & Alciati Codice habetur haec Inscriptio apud Gruterum *pag.* 760. 4. An autem anaglypha, quae Cyriacus delineaverat, & Codicis descriptor omisit, eidem basi insculpta fuerint, incertum est.

*Ad Aedem S. Babylae.*

60 (175) P. VRSIO . SEX. F.
POLLIONI
PATRI
VETTIAE . LEPIDAE
MATRI
P. VRSIO . P. F. PAVLLO
VI. VIR . IVN. FRATR
CVR. AER. P. VRSIO . ELAINO . L
PIISSIMO
VRSIA . P. F. PRISCA .

*Item apud Mediolanum ad Aedem S. Stephani.*

61 (176) P. VALERIO . P. LIBERT. PALAT
TACITO
VI. VIRO . SENIORI
ET . AVGVSTALI

*Ibidem ad alium lapidem.*

62 (177) MERCVRIO
SACRVM
L. SATRIVS
AMARANTI L.
AMANDVS
V. S.

*Ad Aediculam S. Viti.*

63 (178) V. F.
CN. SVLPICIO . CN. F.
PARIDI . PATRONO
CN. SVLPICIVS . CN. L.
DIQVADRATVS

*Ad Aed. S. Marci ad vetustam lapideam basim, quae concam aquae sacrae bajulat.*

64 (179) I. O. M.
C. CASSIVS . C. L.
THYRSVS
VI. VIR
V. S. L. M.

*Ad Aed. S. Theclae.*

65 (180) V. F. D. M.
MAGIVS . PARDION
SIBI . ET . OPPIAE
VALERIANAE
CONIVGI . ET
Q. OPPIO . CONSTVTO
FILIO .

[175.] Gruterus dedit *pag.* 490. 8. iterum Muratorius *pag.* 2026. 2. non tamen emendatiorem.

[176] Vulgata est haec Inscriptio in Grutero *pag.* 481. 3. ex Apiano & Alciati Schedis; iteramque in Muratorio *pag.* 205. 3. ex Schedis suis, apud quem LIB. legitur pro LIBERT. Gruterus *Bergomi* collocat. Certum est Inscriptiones litteratorum virorum studio etiam superioribus saeculis in alienas urbes quandoque immigrasse; verum peccasse plerumque in describendis, ubi exstant, locis earum editores, ac praecipue qui illas ex MSS. Codicibus exceperunt, non semel dolui in notis, ad *Marm. Pisaur.* VIII. XLIV. LXIX. LXVII. LXXIII, CIV.

[177] Prodiit haec Inscriptio primum in Grutero *pag.* 53. 3. deinde in Muratorio *pag.* 47. 13. iterumque *pag.* 1981. 9. demum in Gratiolii dissert. *de Praecl. AEdif. Mediol. pag.* 60. qui pro AMANDVS habet AMARANTVS, cui consonat Alciati Codex. V. Zachar. *Excurs. litter. pag.* 83. Gruterus dederat L. STATIUS, quod in repetita editione emendatum est.

[178] Vulgavit hanc Inscriptionem ex *Schedis Barberinis Cyriaci* Muratorius *pag.* 1565. 2. & *Bergomi* exstare scribit.

[179] Ediderat hanc Gruterus *pag.* 14. 1. & *Colonia Agri Veronensis* exstare scripserat; sed in repetita editione ex Alciato Mediolanensibus restitutus est lapis. Vulgavit iterum Muratorius *pag.* 687. 10.

[180] Ex Apiano, & Verderii, Alciatique Schedis edidit Gruterus *pag.* 803. 9. ultima linea minorem. fortasse emendatius in ea legitur oppii cognomen CONSTITUTO.

66 V. F.

(181) P. VIRIVS . ACVTVS

SIBI . ET

CATTADIAE . MAXIMAE

VXORI

ET P. VIRIO . VENVSTO . L

67 (182) GEMINIVS . C. F.

TAPPO.

68 M. ENNIVS . L. L.

(183) VET. LEG. IIII. MED.

SIBI . ET

SVIS.

*Item apud Mediolanum extra Portam Comensem in aede S. Simpliciani.*

69 (184)

Q. VIRI . SEVERINI
ATTIA . SEVERINA . ET . Q. VIRIVS
ONESAS, PARENTES
RAPTVS . EGO . SVPERIS . PATRIBVSQVE . ABLATVS . INIQVE
CVM . FRVI . DEBVERAM . AETATE . FLORIDA . LVCE
HIS . REQVIESCO . LOCIS . VITAM . CVI FATA . NEGARVNT
PRAECIPITEM . ME. MET. SVPERI . MERSERE . SVB . AVLAS
AC . TVMVLO . CLVSERE . GRAVI . VSVS . ET . ARSQVE
MIHI FVERAT . STVDIOSO . CORDE . REPERTA
MAXIMA . QVADRIPEDVM . CVRA . STVDIA . QVOQVE . PLVRA
FVERVNT . INGENIO . SEMPER . PLENVS . PROBITATE . BEATVS
VT . QVANDOQVE . SIMVL . PATRIBVS . FINITO . LIMINE. VITAE
MANIBVS . HIS . QVIETI . PARITER . SOCIAVIMVR . VNA

QVISQVE . LEGIS . DOLEAS . DEVITES . TALIA FATA

QVI . VIXIT . ANNOS . XXVIIII. MENS. V. D. V.

ET ATTIO . EPICTETO . LIBERT

[181] Muratorius *pag.* 1412. 3. ex Schedis Barberinis Cyriaci vulgavit lineis aliter dispositis, & *Bergomi ad S. Thoclae* ponit.

(182) Muratorius e Schedis Cyriaci Anconitani edidit *pag.* 1682. 13. & *Bergomi* collocat. Vulgaverat jam Gruterus *pag.* 488. 9., sed male coagmentatam cum inscriptione Comensi, quae iterum eadem *pag.* n. 10. exhibetur, & ex Cyriaco inter Comenses dabimus infra. Interim in repetita Gruteri editione culpatur Apianus quasi *mala fide disiunxerit*, licet codex Redii, quo teste duntaxat Apianus damnatur, manifesta mendosus appareat; ponit enim *Mediolani apud Comum oppidum*. ex quo intelligimus rite Apianum unam ab altera Inscriptione sejunxisse, quarum haec Mediolani sita fuerit, alia vero C. Virii apud Comum.

[183] Vulgavit hanc Inscriptionem Muratorius *pag.* 812. 5. cum hoc titulo *Bergomi ad S. Thoclae e Schedis Cyriaci, misit Ab. Campagnonius*. Hinc discimus Schedas Barberinas Cyriaci, quas Illmus Auximatium Antistes, dum Romae Francisco Cardinali Barberino assessor esset, ut Muratorio gratificaretur, recensuit, & ineditas inde inscriptiones excerpsit, valde mendosas fuisse, praesertim in locis inscriptionum indicandis; V. supra *not.* 178. 181. 182.; ac proinde eumdem Antistitem Cyriaci existimationi praeclare consuluisse, quum nova haec fragmenta, quae fortuito in manus illius nuper venerunt, edere decrevit. Porro Muratorius ad eam Inscriptionem haec notat. *sive legas* Legionis IV. Medorum, *sive* Medico, *utraque lectio incommoda paret.* *Si* Veteranus *fuit* Ennius *iste, quoi* Medicus? *&* *nusquam* Legio Medorum oc*currit*. Verum incommoda omnia evanescere intelliget quisquis servile Ennii nomen *Vetus*, *Vetto*, vel quid simile iis literis VET expressum fuisse velit; profecto in lapide explicata nomen illud inscriptum olim non dubito, sed Cyriaci a etate postremas literas detritas fuisse nemo mirabitur; illud equidem certum est medicinam factitasse saepe, ac saepius libertos, ac proinde Ennium hunc sive *Veterem*, sive *Vettonem*, ut apud Gruter. *pag.* 357. 8. & 938. 7. sive *Vettionem*, ut apud eumdem *pag.* 750. 7. sive alium hujusmodi nominis, Legionis quartae Medicum fuisse.

[184] Gruterus *pag.* 656. 1. hanc Inscriptionem edidit, ejusdemque priorem partem iterum dedit *pag.* 1038. 4. ut pridem

*Item Mediolani in eadem S. Simpliciani Ecclesia ad columnellas claustri marmoreas.*


70 (185)

M. VALERIVS
MAXIMVS
SACERDOS
D. S. L. M. STVD
ASTROLOGIA
SIBI . ET
SEVERINAE . APR
VXORI
H. M. H. N. S.

71 (186)

M. VLPIVS
LAINVS
APPAEANVS
M. VLPIO
APPAEANO
ALEXAND. F.
ET . LAIDI
ALEXANDRI . N.
PARENTIBVS.

72 (187)




73 (188)




pridem animadvertit Fabrettus *Inscr. Dom. Cap. III. pag.* 238. & in repetita editione adnotatum est. Vulgavit iterum ex Grutero erud. Bonada *Cl. IX. n. 25.* Gruterus primum *ex Apiano & Alciate Codice* collocat *Romae ex S. Simpliciano*; verum neque Romae, sed Mediolani est Ecclesia S. Simpliciani, neque Romanae Inscriptiones, sed Mediolanenses exhibet Codex Alciati. Deinde *pag.* 1038. 4. ait: *Romae in Claustro D. Simpliciani Columnacis, ex quadam statua ubi sculptus vir togatus cum fune in manu, ad cujus pedes asinus*: quot menda! Sed illud peculiari observatione dignum est, quod *Onesas* Virii cognomen in O. NEFAS: interjectionem immutatum est: ita Fabrettus loco modo citato. *Interjectio tandem illa* O. NEFAS *dubium non est quin ad infelicitatem referatur in hac Gruteriana pag.* 1038. 4. *quae licet potior sit amplicata alterius longioris pag.* 656. 2. *ea tamen per istam emendanda est, ubi tertia linea habet* ONESAS *loco* O. NEFAS. Fabretti sententiam tutte omnes amplexati sunt repetitae Gruterianae editionis auctores *pag.* 656. 2. P. Bonada in lapide, quem certe non vidit., ponit enim *Romae ad e. Simpliciani*, notat legi O. NESAS addito *sic* in rei testimonium, inde ita commentatur: NESAS *pro* NEFAS, *vox frequenter obvia in puerorum & adolescentium titulis sepulcralibus*. Ego vero longe aliter sentio, Gruterianamque Inscriptionis partem *pag.* 1038, 4., contra quam Fabrettus existimavit, ex longiori, & integra *pag.* 656 2. emendandam censeo, adeo ut ONESAS Virii cognomen omnino sit, ut habent Alciati schedae a Grutero laudatae, & Cyriacus. Quod si anaglyphum illud, quod ex Grutero descripsimus, in latere basis exsculptum est, jam quod proposuimus, manifesto reperemus; notum est enim anaglyphis istis Veteres varie & copiose alludentes, saepe artes & officia, saepius nomina illorum qui marmora ponebant, expressisse, quod jampridem observavit Maffeius *Veron. Illustr. Tom. I. lib. XI. pag.* 313. Inde *Onesas* nomen quod fortasse ab Ὀνησις, unde *Onesimus* accersendum videbatur, ab Ὄνος *asinus* repetendum esse discimus. Sed properandum est. Cyriaci exemplar pene consonat Gruteriano, nam *lin.* duntaxat *penult.* anni, quos Virius Severinus vixit, paullum differunt, & *lin. ult.* deest ET. Verum ex repetita editione Gruteri operae pretium est videre quae Horthenus adnotavit in *Addend. Hoc epigramma*, ait ille, *tot diversas in editione Pithoeana habet lectiones, ut factius duxerim totum subjicere, quam eas describere: itaque pag.* 84. *leg.*

*Raptus ego superis, patribusque ablatus inique,*
*Cum fruì deberem aetate, horrida fata negarunt,*
*Praecipitem me met superi mersere sub undas,*
*Ac summo clausere gravi; jam patrius & usus*
*Artesque mihi fuerat studiosa corde reperta*
*Maxima quadrupedum: studia & quoque plura fuerunt*
*Ingenio semper plenus, probitate beatus,*
*Ut quandoque simul finito lumine vitae*
*Manibus his juncti pariter sociaremur. una,*
*Quisque legis, doleas, devites talia fata.*

[185] Emendatior haec Inscriptio apparet in Grutero *pag.* 35. 4. recte enim dicitur Valerius Maximus *Sacerdos* D. S. I. M. hoc est *Dei Solis Invicti Mithrae*. STUD. ita habet Pighius, Alciati tamen & Verderii Schedae STV. item *lin. sequenti* noster ASTROLOGIA, Gruterus ASTROLOGIAE, Verderii Schedae ASTROLOG. Vereor tamen ne majus aliquod mendum hic incubet.

[186] Haec item ex *Alciati volumine* edita est a Grutero *pag.* 748. 2. cujus tamen exemplar in pluribus a Cyriaco differt. uter tandem illorum fidelius lapidem descripserit, ii judicent, qui lapidem ipsum inspicere possunt; neque enim meliora ex Codice ipso dedit Zachar. *Excurs. Literar. pag.* 80.

[187] Ediderat Gruterus *pag.* 649. 2. *ex Apiano & Alciati Codice*; item Rubeus *Hist. Rav. lib. I. pag.* 4. iterum dedit Muratorius *pag.* 959. 4. *e Schedis Farnesii*, sed priore linea deminutam, Gruterus habet HERMINIAE, sed male. HERMIAE servile liberti nomen retinendum est, ut habet Cyriacus & aliqui, & probat Horthenus in *Addend.*

[188] Edidit Muratorius *pag.* 93. 3. & brevi commentario illustravit.

*Item Mediolani ad aedem S. Ambrosii ante porticus*

74 (189)

C. PETRONIO . IVCVNDO
VI. VIR. SEN
PETRONIA . MYRTALE . PATRONO
QVAE . HS. CCCC. LEG. POSSESSORIB
VICI . CARDO . MAG. IN . HERM
TVEND. ET . ROSA . QVOD . ANNIS
ORNANDAM

75 (190)

FVRIAE . VICTORINAE
C. NOVELLIVS
PRIMIANVS

76 (191)

IANVARIAE
CLEMENS
CONSERVAE

*Ad aedem S. Marci in marmorea basi.*

77 (192)

L. VALERIO. VIRILLIONI. VI. VIR. IVN. FRATRI. PIISSIMO
VRADSARIO, SACCONIS F. PATRI. TERTIAE
TREXAE. MAT. SEPTVMIAE. SECVND.
SEPTVMIAE. EXORATAE. FILIABVS. VALERIAE
TERTVLLAE. VALERIAI. VRBANAE. SORORIBVS
LAETILIO . BLANDO . VALERIO . SPICVLAE
VEGETO. LIBERT. ALFRIMVS . ENS. T. F. I.

*Ad aedem S. Victoris.*

78 (193)

D [patera] M
AMANTIO . DVL
CISSIMO . POSV
ERVNT . PARENTES
VERNA . PATER . ET
LVPVLA . MATER
FILIO . INNOCENTIS
SIMO

*Ad aedem S. Domnini.*

79 (194)

IOVI
IVNONI
MINERVAE
Q. V. C. V. S. L. M.

[189] Gruterus *ex Apiano & Alciato* edidit *pag.* 440. 5. plurefque alii, quorum variantes lectiones in repetita editione notentur; aliae item variantes ab Holtheno in *Addend.* recitantur. Omnium tamen castigatissimum Cyriaci exemplar existimandum est; siquidem in servili Petroniae nomine, quae Patrono monumentum posuit, describendo recte habet MYRTALE, quum MIRA L. F., quam Gruterus exhibet, mirum in modum turbet omnia.

(190) Vulgavit Muratorius *e Schedis Barberinis Cyriaci pag.* 1680. 1. lineis tamen aliter dispositis.

[191] Ex iisdem Schedis vulgavit idem Muratorius *pag.* 1585. 6. lineis item aliter dispositis.

[192] Inscriptionem hanc, quam Redii Codex, ita ut Cyriacus, exhibet, quemadmodum in repetita Gruteri editione notatur, in duas partes dissectam edidit Gruterus, priorem nempe *pag.* 481. 7. reliquam *pag.* 748. 5. in editis plures sunt maculae, iisdemque inficitur Cyriaci exemplar.

[193] Edidit Gruterus *pag.* 667. 7.

[194] Tum Gruterus *pag.* V. 5. quam Gratiolius *pag.* 88. tertia sigla non C., sed G. exhibent. Inde Fabrettus in *Emendat. Gruter. pag.* X. explicat *quod voverat gratus votum solvit libens merito*; sed abundare videtur illud *gratus*, quum addatur *libens*; quare tribus iis prioribus literis signatum fuisse existimo nomen illius, qui Diis Magnis Jovi, Junoni, Minervae *votum solvit*; ut ut sit, illarum siglarum interpretatio, quam Holthenus in *Addendis* affert, rejicienda omnino est.

*Ad aggera Valli murorum.*

80 (195)

C. SATTIVS. C. L. FELIX
SIBI . ET
C. SATTIO. C. F. OVF.
PATRONO

81 (196)

C. COELIO. Q. POBLICIO
PHILETO. PVDENTI
LVCIDO. INGENVI
ET. LVCIDI

*Ad aedem Gregorii.*

82 (197)

V. F.
ATILIVS. MACRINVS
SECVNDVS
ATILIO. MACRINO. PATRI
ET. SVRAE. PVPAE. MATRI
ET. MACRINO. PRIMO. FRAT
ET. MACRINAE. SECVNDIN

*Ad portam Orientalem.*

83 (198)

D. M.
C. CALVISI
IANVARI
PONTIF
CALVISIA. C. F.
RVFINA. PATRI
INDVLGENT
ET. LVCILIAE
RVFINAE. MATRI

*Particula literarum ad Catonem Ticinensem Cl. & Jurisconsultum virum ex Mediolano.*

Insuper enim vero hoc unum praetereundum non censui, quod cum te pridie tuam apud Ticinum patriam civitatem M. Catonis numismate donatum fecissem, id me libenter egisse scias, quod te ejusdem nobilissimi nominis parte usum fuisse perceperam. Sed quia tu postea in explicanda liberalitate tua longe majus praeclarum b. (199) studium declarasti, cum me quatruplo talium supellectilium munere donare malueras, aliud nullum habeo honorabilius & decentius tibi reddendum, quam altera, qua te parte praeclarum tuum insignirı nomen haud equidem solitum esse cognovi, nunc ex me parte illa te ornare. Igitur unica tantum litera donatus ab me iterum esto; & veluti nomisma ipsum argento impressum ostendit M. Catonem, ab hoc te fausto & beatissimo K. Nov. die scribere, nuncupare, nec non perpetuo vocitatum fore velimus, ut perinde ac tui illius prisci, & ut ajunt Porciae familiae principis, te virtute, studiis, moribus, disciplina, & vite integritate, & castimonia imitatorem scimus, celebri suo utique nomini nulla te ex parte dissimilem videamus.

84 (200)

M. ATVSI TRYPHONIS
QVI VIXIT A. XXXIIII
M. ATVSIVS GLYCERVS L. F. VIRID.

85 (201)

V. F.
SEX. OCTAVIVS C. F
VET. LEG. IIII. SCYTHICAE
SIBI. ET. ANTONIAE
TVENDAE
CONTVBERNAL. F.
ET. OCTAVIANAE
ANTONIAE. L

[195] Edidit Gruterus *pag.* 953. 12.
[196] Vulgavit hanc Inscriptionem Gruterus *pag.* 867. 2. iterum Muratorius dedit *pag.* 1454. 10. Idem praestitit Zachar. *Excur. Literar. pag.* 81. emendatius videtur Cyriaci exemplar; quaedam tamen macula adhuc restat.
[197] Edidit Gruterus *pag.* 720. 4. iterumque Muratorius *pag.* 1242. 2. *e Schedis Ciceroji* in fine lineæ auctiorem SORORI.
[198] Vulgavit Gruterus *pag.* 305. 9.
[199] Forte *bene valentiae*.
[200] Vulgavit Muratorius *e Schedis Barberinis Cyriaci Anconitani pag.* 1640. 3. Triginta anni XXXVI. tribuuntur.
[201] Hunc item ex iisdem Schedis edidit Muratorius lineis tamen aliter dispositis. *pag.* 838. 5.

(202) Θεόδωρος Γαζῆς Θεσσαλονικεὺς
τῷ καλῷ κ'ἀγαθῷ αὐτῦ φίλῳ
Κυριακῷ τῷ ἐξ Α'γκῶνος

Ω's σύπερ ἡδὺς, καὶ χαρίτων πως ἔπλεο δῶμα,
Αγκῶνος γέννημ' ἐσθλὸν Κυριακε'.
Ωςʺ μοι ξεῖνος, καὶ δῶρον καλὸν μάλ' ἔδωκας
Κύρης Φορκείης εἴδωλον Σκύλλης,
Η' μέγα κῆτος ἐὸν θέρμα καξῦσ' ἐπί ποντον
Α'φροδίτην ἴδερον τοξοφόρος φορέει.
Εξʺ οἱ, δεινὰ κάρηνα πρόσθεν κυνῶν, τά δ'ἄνωθεν
Κύρη ἐυειδὴς βυβώνων ἄχρι.
Οὐρὴν μὲν γ'ἐλελιξαμένη τυτθόν περ αείρει
Αὐταρ πηδάλιον γερσὶν ἔχυσ' ἰθύνει.
Τοῦ δη τοι χάρις, ἥδε τέην μνηίην ἐμὸν ἦτορ
Ηʺματα πάντ'αεί θάλλυσαν δείξει.
Τῇ πρὸ τῶν Νοεμβρίων Νωνων δευτέρα
8 8 8 8
Τῦ α μ μ η ἔτυς
Μεδιολανόθι.

(203) K. A. Θεοδώρωι τοῖ Θετταλονικέωι.

Si dicere vellem optime Δωροθέε (204) quantum mihi voluptatis attulerit ea Graeca lectitare elegia nuper, quae pridie mei gratia ipsae te curante χαρίτες ediderant, hisce non modo literis (205) ἀλλ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν plene satis mehercle dicere, promereve nequissem; sed immensus ille tuus erga me amor mea q. (206) parva, majora longe facere conatus est; & paucis nempe literis eleg. dicendi tuam ab ipso Pieridium fonte avido pectori nostro exuberantissime confluxisti. Nam dicere tantum ausim tua per haec dulcissima di-

(202) Theodori Gazae epigramma non solum depravate, corrupteque in Codice scriptum esse, verum etiam inextricabilibus literarum nexibus adeo refertum, ut Graecae linguae peritissimi viri, quos consului, veluti desperato medicinam adhibere recusaverint. Sed doctissimus Corsinius, alter aevi nostri Oedipus ea, qua solet, ingenii vi rem omnem enodavit. Ejus itaque interpretationem hic damus; praefari tamen necesse est consuevisse Cyriacum amicos suos eruditis munusculis suavissime colere; neque solum epigrammatibus, quae ex antiquis marmoribus exceperat, ut adnotavit Cl. Mehus *in Praef. ad Itin. pag. LVI.* & patet ex ipsius Cyriaci epistolis, quae nunc primum exhibentur ad Renatum Regem *pag. 4.* ad Poggium *pag. 18.* ad Brandam Cardinelem *pag. sequent.*, verum etiam statuarum, anaglyphorumque antiquorum descriptione, ut constat ex carmine elegiaco Caroli Aretini ad Poggium *de Mercurio sibi missa a Cyriaco Anconitano*, cujus quidem carminis initium, & partem recitat idem Mehus *loc. cit. pag. LIII.*

*Cyriacus nobis misit modo munera, Poggi,*
*Mercurium, propria pinxerat ille manu.*

Quin etiam ferarum, animaliumque variarum imaginibus, quemadmodum ex epistola Jacobi Zeni Veronensis, quam attulimus supra *not.* 108. apparet. In constitutae itaque amicitiae testimonium Cyriacus Gazae dono misit Scyllae effigiem, quam ex aliquo antiquo marmore expresserat; imo, nisi valde fallor, ex veteri gemma; ex achate enim antiquo plumbeam Scyllam fusili opere effinxit, & ad Angelum Ariminensem Episcopum misit, ut infra patebit. Theodorus vero, ut Cyriaci benevolentiam officio aliquo remuneraret, hoc epigrammate respondit, in quo diligentissime Graecis versibus exposuit, quae Cyriacus penicillo, vel lineis deformaverat; idem Latinis versibus praestitit memoratus Ariminensis Episcopus, cujus quidem carmina mirifice Theodori epigramma illustrant.

Theodorus Gaza Thessalonicensis Optimo
Amico suo Cyriaco Anconitano.

*Ut tu suavis es, & quodammodo Gratiarum sedes,*
*Anconae germen bonum Cyriace.*
*Ita mihi hospes etiam donum pulchrum valde dedisti,*
*Simulacrum nempe Scyllae Phorci filiae.*
*Quae quum magnum monstrum sit, tamen calorem excitans in mari*
*Venerem subitaneam veluti jaculatrix fert.*
*Sex illi fera capita anterius canum, superne vero*
*Puella speciosa unguibus tenus.*
*Caudam quidem circumvolvens, vel infantem rapit,*
*Sed temonem manibus tenens dirigit.*
*Hujus vero doni gratia tibi sit: ac tui memoriam meum cor*
*Quotidie semper vigentem ostendit.*

*Die secunda ante nonas Novembris* 1448. *Mediolani*, mendose signato est in codice ultima ex iis siglis, quibus anni notantur: certum est enim Gazam hoc epigramma scripsisse anno 1442. quo Cyriacus, Mediolani *hospes* erat, ut ex his fragmentis patet.

[203] *Cyriacus Anconitanus Theodoro Thessalonicensi.*

[204] Inverso ordine Theodori nomen exprimit.

(205) *Iliad.* II, v. 489. *Neque si mihi decem quidem linguae, decem & ora essent.*

[206] quamquam, vel *quamvis*.

cta, ut de facundissimo Nestore dius canebat Homerus (207). τ. κ. α. γ. μ. γ. ρ. α.
Ast enim vero tanto pro dignissimo munere nil dignius B. T. reddendum censui, quam hodie Delphis marmoreo in tripode, Apollini Pythio brevissimum hoc aureis literis epigramma dicare.

ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΤΩΙ ΠΥΘΙΩΙ

THESSALONIKEIS GRAIIS LATIISQVE

ANCONEIS IVCVNDISS. MVSIS

THEODOROS GAZA POETA CLARVS

(208) DVODENARIA DOROTHEA LEPIDISSIMAQ.

SCYLLEA DICAVIT ELEGIA.

*Ad B. R. seniorem Card. Pl.*

Latinas has inscriptiones, & Graecas apud Anconam patriam, & Athenas, sacramque Delphos nobilissimas olim Graeciae c. ex me exacta t. e. (209) hoc R. P. T. loco rescripsi B. Senior ven. (110) & insig. & n. sacr. card. decus, ut & p. e. f. v. q. d. c. q. m. n. l. q. n. c. p. n. p. i. m. f. e. p. g. a. m. v. q. f. p. orb. p. p. a. q. m. c. n. urb. c. o. c. restituere. Tu vero pater optime nobilium magnorum principum instar non modo Castellum L. genialem patriam tuam moenibus magna ex parte, sacrisque superis aedibus, conspicuisque palatiis exornasti, quin & Insubrium primarias urbes Med. Ticinumque, & Togatae utique Galliae principem civitatem Placentiam tuam delubris sacris, religiosis monasteriis, & bonarum artium scholis, collegiabusque gymnasiorum scenis, & aedibus plurigenis decorare, exornareque maluisti. Tametsi tua haec omnia, & ma. suorum opera honorabilia & maxima sint, majora nempe his addere maluisti, quod & non multis exactis diebus novimus te potissimum una T. cum opt. m. q. pont. E. IIII. tuis cumque aliis R. Fr. & Juliano Caesarino Angelici n. (211) opt. Cardinale externas & devias hominum mentes ad verum, ortodoxaeque fidei cultum pie, casteque, religiosissimeque restitutas fecisse; ita ut tua potissimum opera & consilio sacr. S. in Syn. Florentina Graecos, Armenas, Jacobitasque Romanae, & Apost. Sedi unitos, atque optime conciliatos vidimus. Nam etsi superiora illa principum ingentia opera portus, urbium moenia, & sumptuosos aquae ductus, mortales inter insignia, & praecl. fuere, ad moribunda tamen corpora tutandum, sitimque momentaneam extinguendam pertinent; sed tua haec integriora, felicioraque gesta ad totum, & integrum hominem salutandum (l. *salvandum*) ac perpetuae compotem beatitudinis faciundum portendere, spectare, atque pertinere videntur. Val. T. D. feliciorem opto seniorum optime, & hyperverendissime Pater. Ex Castello Leone conspicuo domicilio geniali tuo, eo quo ad ipsum venimus pridie Iduum Novembrium fausto, atq. serenissimo die.

(207) Siglis illis Homeri versus indicatur *Iliad.* *I.* *v.* 249. quem etiam in epistola ad Hieronymum Roncum recitavit v. supra *pag.* 11. *not.* 60. *Cujus lingua melle dulcior fluebat sermo.*

(208) Cyriacus, ut Theodoro gratum se praeberet, commento, prout illa aetas tum ferebat, fortasse non invenusto, nunc vero haud satis lepido, Apollini Pythio Gazae epigramma Delphis inscribit *duodenarium* illud appellans, quia ex duodecim versibus constabat, *Dorotheum*, quia Deo dignum, vel quia Theodori opus erat *Scylleum*, quia Scyllae imaginem exprimebat.

(209) *Tempestate collectas hic Reverendissimae Paternitatis tuae.*

[210] *Branda Senior Venerande, & insignissime, & nobilissimum sacrorum Cardinum decus, ut & Pontificis Eugenii &c.* reliqua si quis enodaverit, *erit mihi magnus Apollo.*

(211) *Angelici nominis.* quia Cardinalis *Sancti Angeli* nuncupabatur. mirum quantum in re severissima jocatus sit Cyriacus. V. illius epistolas ad eumdem Cardinalem datas, quas post Fabricii Bibliothecam edidit monumentis plurimis è tenebris seatis Celeberrimus Mansi *pag.* 16. & seq.

Ad

Ad XVII. K. Decembr. Novariam venimus antiqnam Infubrium civitatem, & procul eam ad II. lapidem vidimus longos, & longa vetuftate dirutos muros. Ubi & eadem ipfa in civitate comperimus ejufce optimum atq.. B. M. Pontificem D. Bartholomaeum (212) de Vicecomitibus virum doctum, atque humaniffimum, qui cum mihi omnia civitatis egregia oftendere voluiffet, apud aedem S. Gaudentii vetuftum divinae hiftoriae volumen emendatum inveni.

*P. in Xrifto R. D. Angelo B. M.* (213) *Arejanenfium Pont. K. A. fuo f.*

Ad XVII. Kal. Decem. & eo, quo abs te, & e confpicuo Caftello Leone conceffimus, Joviali, fereno, & memorabili die Novariam venimus antiquam, & olim egregiam Infubrium civitatem, in qua non ufquam noftri dignum aliquod, & verendae veternitatis fuae veftigium comperi, vir digniffime. Sed enim vero tui, gratiaque mei, noftros & vifendi affines neceffarios, fcil. Andreae Agathici Viri Jureconfultiffimi, qui apud Anconem patriam ob merita civitate Donatus uxorem duxerat ingenuam, adjacentes civitati villas, & oppida videre conftitui, in queis nonnullas & vetuftatum reliquias noftram ad diem ufque ftare dicunt. Igitur heri dum e Novaria conceffiffem, nonnullis civibus comitatus egregiis, & Corradino Card. R. olim filio, niveo noftro devectus equo ad II. ab urbe lapidem longo tramite longos, & longa dirutos vetuftate cocto de lapide vidimus, & penetravimus muros, quos & pro vetuftiffimae civitatis moenibus olim ftetiffe percepimus, & denique villas perfpeximus Vinealem, Coroneangam, Momumlunum, atque pergratiffimam Gratem, ubi & loci Dominos nobiles affines noftros comperimus, Jo. fcil. in primis, Francifcum filium, & germanum ejus Manfredum, juvenem praeclariffimum, & noftri utique Rmi fenioris Brandae Cardinalis affinem junctiffimum, harum & honorificum portitorem, a quo late poteris intelligere, quanta me hilaritate complexerint, & honorifica utique hofpitalitate fufceperint. Etenim die poftero una ipfo cum lep. juvene Manfredi, & Ardicino Agathico propinquam Aravexillatem vidimus villam, & ad Agathicum ipfum nobile venimus oppidum, cujufce moenia, & aedium aedificia, quaeque folo omni ex parte collapfa videntur; & inde ad majorem nobilioremque Infubrium falubriorumve lacum ivimus, & ex itinere Apeninos inter altiffimum Bovis montem; quem & nos equitando pridie tam vehementer mira pro altitudine mirabamur, tui potiffimum caufa procul accurate magis infpeximus, propriumque fuum, atq. veriffimum nomen ab indigenis ipfis montanis, & agreftibus viris, cognovi. Qoin & Bos ifte nofter quodammodo & nomine quemadmodum altitudine Tauro illi in Afia Magno, qui ex maximo Caucafo ab regione Perfarum Armeniam dirimit, emularier inquam videtur. Juxta quem & alterum ingens novimus imminere Joviale illud nobiliffimum jugum, de quo non parva nos inter, & pridie quoque mentio fuit. Haec itaque lubens elegantiae tuae fcribere mallem, ut ad quem humanarum, divinarumq. rerum omnium peritiffimum, curiofiffimumq. cognovi; & ex quo non mediocriter maximi Eugenii Pontif. providentiam laudo, quod cum te dudum magnarum, & vetuftarum nobilium rerum amatorem, cultorem, exornatoremq. hominem diligentiffimum noverat, antiquiffimae Divi Jani (214) bicipitis arae antiftitem q. B. M. defignarat, praefeceratque. χαῖρε πατὴρ ἀγαθὲ & verendiffimo Seniori noftro, atque communi Domino, & patrono me faepe & multum memores, atque percommiffum exhibeas velim, nec non fpectatiffimo equiti Baldaffarri, Reverendumq. p. comitem tuum, & honeftiffimum omnem Senioris noftri domum ex me digniffime falvere jube. ex amoena & gratiffima villa Gratea XV. Kal. Dec. E. P. A. XII.

[212] De hoc Epifcopo agit Ughellius in Novarienfibus. Latius *Bibliotb. fcriptor. Mediolan. pag.* 1593.

[213] Angelus de Graffis Arianenfis Epifcopus. V. Ughellium in Arianenfibus.

(214) Ludit de more Cyriacus in hujus urbis nomine; neque tamen fabellam hanc ipfe excogitavit. Blondus etiam Arianam ab antiquis *Aram* appellatum fcribit, & Leander Alberti: *la Città di Ariano dagli antichi* Ara Jana *nominata, come fcrive il Volaterano; benchè non fi veda fegno alcuno di antichità.*

*Novariae antiquae Insubrium urbi. Apud aedem B. Laurentii ad antiquam urnam.*

86
(215)

C. ARBVSSONI VICTORINI
EQ. R. IIII VIR. AED. FLAM.
CVR. VIXIT. ANN. XXVIIII

*Ad aliam urnam.*

87
(216)

V. F.
M. PHILOCLVS MICLA
MARCELLINVS
SIBI ET
PHILOCLO SEVER
PATRI ET
LVCILLAE DRVSI F.
MATRI ET
Marti pacif. FLORENTINA HERINNIAE VXORI
ADIVTORIO MATRIS

88
(217)

MARS VLTOR *hic desunt duae imagines Martis.*

*Item Novariae ad aedem S. Gaudentii ad lapideam urnam.*

89
(218)

EVTYCHETI

*Ad aliam urnam.*

90
(219)

IVLIAE MVNALIAE
MVLIERI SACTISSIME

91
(220)

*Ad aliam urnam.*

C. ATILONI CAILIMO
QVI VIXIT ANNIS XIIII

*Ad aliam urnam.*

92
(221)

AEBVCIAE QVINTAE
AEBLAEVNONIVS FRON
TINVS C. BETAE VLLON.
ALBVCIANA MATRI DVLCISS.

*In Salusiis.*

Ad d. XIIII. K. Decembr. venimus ad magnum Verbanum Salusiorum lacum, & ex quo Ticinum nobile flumen fluit, cujus in litoribus ad dextrum latus alto in saxo ri-

[215] Gruterus ex Apiano *pag.* 364. 3. edidit in quatuor lineas distinctam *lin.* 1. habet ARBUSIONI, nisi fortasse legendum sit ARBUSTONI. V. *not.* 219.

[216] Ex eodem Apiano dedit Gruterus pag. 716. 10. in sex lineas dispositam. deest tamen V. F. sed emendatius exhibetur M. F. CLA. *Claudia* tribu *lin.* 4., quae hic 7. est, habet LVCIAE.

[217] Reinesius illustrans Inscriptionem, quam hic dabimus infra n. 103. ita ait *Eaedem Schedae* (Langermanni scilicet) *tradunt Novariae apud aedem S. Laurentii fuisse signum Martis geminum, alterius cum cassile in capite, & hasta in sinistra accipientis ab altera ramum oleae, subscriptum* MARS VLTOR. MARS PACIF. *confictum videtur.* Vides a Cyriaci penu in Schedae Langermanni haec profluxisse; neque tamen Cyriacum confinxisse quid puter; ille enim nummos duntaxat duos, nisi valde fallor, delineavit, in quibus Martis Ultoris, & Pacifici imagines habebentur; quae quidem imagines qui Schedae illius perscrutatus est, falsa opinione ductus, tanquam anaglyphum aliquod a Cyriaco exhibitum, per errorem expressit.

[218] Ex iisdem Langermanni Schedis exhibuit idem Reinesius *Clas.* XVII, 48. sed aliter legit nempe EVTICHE. T. F. I.

[219] Edidit Reinesius ex Schedis memoratis *Cl.* XVII. 66. *lin.* 2. legit MV. LIERIS. Verum auctiorem ex Galerato dedit Muratorius *pag.* 1160. 6., quam hic exhibemus

IVLIAE MVNATIAE
MVLIERI SANCTISSIMAE
VARNALIA MINICIANA
MATRI PIISSIMAE
ET C. ARBVSTONIVS CANDIDVS
CONIVGI SANCTISSIMAE

[220] Vulgavit hanc Inscriptionem Muratorius *e Schedis Barberinis Cyriaci*, *pag.* 1639. 1. sed collocat *Mediolani in S. Ambrosii*. Verum si Schedae illae Mediolani inscriptionem, quam Cyriacus Novariae vidit, ponebant, vereor ne mendosior adhuc sit Codex noster in ea inscriptione describenda; Schedae enim habent CALLIMO, quod magis placet.

[221] E Schedis Langermanni vulgavit Reinesius *Cl.* XIII. 2. eamque ita exponit: *Albuciae* (sic enim legit) *Quintae Albucii filiae* A. ERBONIVS FRONTINVS *Conjugi Bonae*, vel *Beneventensi*, ET *Hujus Vasca* FILIA *Matri dulcissimae*. Quis non miretur hominis ingenium? Verum ex Galerato emendatiorem exhibuit Muratorius *pag.* 1139. 4. en illam

ALBVCIAE QVINTAE
A... O... AEVILONIVS FRON
TINVS C. F. ET AEVILONIA
ALBVCIANA MATRI DVLCISS.

parum

parum jacet Arhona, quam Vitalianus Bonrhomeus hodie dominatur; laevum autem nobilis Eloredia (222), quae Angleria hodie ab indigenis nuncupatur; quam & lacu cymba transjecto adivimus; & haec utique diversis in lapidibus vetustatum monumenta comperimus, & primum


*Ad aedem B. Mariae Virg. ad marmoream ornatissimam basim.*

93 (223)
I. O. M.
P. QVRTIVS P. F. VICTOR
P. QVRTIVS P. F. PRIMVS
VI. VIR. IVN.

95 (224)
I. O. M.
C. TERTVLIENVS
QVINTVLVS
V. S. L. M.

97 (227) C. LATRI GARRVLI
PARIETES PRIVATI PRIVATO SOLO

99 (229)




*Item Augustae Praetoriae Anglerianae.*

94 (224)
MERCVRIO
P. QVRTIVS
VICTOR
S ❦ L ❦ M

96 (226)
I. O. M.
T. AEMILIVS
VALERIVS
V. S.

98 (228) V. F.
C. SEARIVS STEPHANVS

*Apud S. Petrum extra Civit. moenia.*

100 (230)
MATRONIS
Q. MINICIVS
VINDEX
V. S. L. M.

[222] Nisi mendum in hoc nomine subat, unde Cyriacus haec fenlerit, nescio; certe neque in fabulosis ejus loci originibus apud Leandrum Alberti indicium ullum, aut vestigium apparet hujus nominis *Eloredia*. Ceterum Vitalianus Bortomaeus, qui tunc Angleriae dominabatur, memoratur a Bartholomaeo Facio *de Viris Illustribus pag.* 55. de eo ita Philelphus: *Natus etiam Vitaliano Patre, viro omni genere laudis probatissimo, quo uno illustris ille, & sapientissimus dux Philippus vix habuit apud se quidquam, aut clarius, aut splendidius.*

[223] Edidit hanc Inscriptionem Gruterus *pag.* 14. 10. & diligenter delineatam iterum dedit *pag.* 1007. 1. Quod fugit non modo Gratiolium, qui in differ. *de Praecl. Aedif. Med.* illius elaboratissimae basis iconem a nemine adhuc depictam esse arbitratus, aeri incidendam curavit, verum etiam Muratorium, qui illam, quasi in solo Gratiolii opere appareret, recusam exhibet *pag.* 6. 1. Angleria basim hanc Mediolanum asportatam fuisse idem Gratiolius scribit.

[224] Ita edidit Gruterus *pag.* 50. 13. nisi quod habet QVARTIVS. Reinesius item vulgavit in *Append.* n. 37., & collocat *Salutiis in Praeterea*. Dedit etiam ex Schedis suis Muratorius *pag.* 47. 7. & ponit *Mediolani*; sed hic ex Alciati Codice illam excepit, unde hausit etiam Zachar. *Exc. Liter. pag.* 89. n. CLXXXV. proinde ambo habent MERCVR.

[225] Ex Apiano Gruterus *pag.* 16. 11. praenomine immutato in Q. sed legendum C. ut habet Cyriacus, moneruntque repertiae editionis authores, & Zachar. *ead. pag.* 89. n. CLXXXIII.

[226] Ediderant Gruterus *pag.* XIV. 14. & Muratorius *pag.* II. 1. e Schedis suis. Vereor tamen ne apud omnes Aemilii cognomen vitiatum sit.

[227] Ex Apiano dedit Gruterus *pag.* 201. 4. & ex Langermanni Schedis Reinesius *Cl.* II. 76., ubi haec ille notat: *Eandem Angleriae visam descripsit Apianus, & ex hoc Gruterus pag.* 201. 4. *sed omissa cognomine Lartii:* intelligis itaque deesse in Grutero GARRVLI; utramque habere LARTI non LATRI.

(228) Edidit Muratorius e Schedis Fratris Jucundi *pag.* 1742. 6. Nisi Inscriptionem, quam e Schedis Langermanni vulgavit Reinesius *Cl.* XVII. 129. vidisset Gorius *Volaterris in foro*, existimassem utique eamdem esse cum hac nostra; sed aperte diversa illa est, legiturque in ea VARRIVS, ut ipse Gorius testatur *Inscr. Etr. Tom.* II. *pag.* 170. Cui autem ex mihi suspicio oborta fuerit, is intelliget qui aliam arsam Inscriptionem, quae infra n. 202. exhibetur, *Volaterris* e Reinesio, & a Gorio post animadverterit.

(229) Gruterus ex Apiano *pag.* 16. 10. vulgavit, iterumque Muratorius e Schedis suis *pag.* VI. 7.

(230) Edidit Gruterus pag. MXVI. 6. e Schedis item Langermanni corruptissimam dedit Reinesius *Cl.* I. 212. qui antequam illam in Grutero offendisset, mirum quantum ingenium suum vexavit, ut tolerabilem aliquam explicationem daret. V. illum.

101 (231)
V. F.
M. PVLLIENVS
M. F. OVF.
INGENVVS SIBI ET
M. PVLLIENO TERTVLLO
PATRI INGENVAE MATRI
PRISCAE MACRINI F. VXO
RI MEAE INGENVAE PRISCAE
M. PVLLIENO PRISCO L. PVLLI
ENO TERTVLLO MELIO
STERIO

102 (232)
POLIA
L. F.
ALETIA

*Ad XII. Kal. Decemb. Apud Sunum villam Novarianam ad aedem S. Genesii Plebeam.*

103 (233)
M. V. S.
EBVRIVS
EXORATI F.
VERO EE COMM CAES.
COS

*Apud Vavarim alteram Novarianam villam ante aediculam.*

104 (234)
M: COMINIVS
IVSTINVS
VALERIANI F
SIBI ET
SVCCESSE PASTORINE
TERTI. FIL
CONIVGI SANCTISSIME
BENEMERENTI

105 (235)
IOVI
O. M.
L. LVCILLVS
OPTATVS
V. S. L. M.

Ad XI. K. Dec. venimus Vercellas ad radices Alpium ad XX. mill. sitam, & olim Liguriae, Salusiorumve nobilem civitatem, ubi multa vetustatum fragmenta videntur. Sed nil integrum eruere potui. Sed in antiqua ipsa Vercellarum C. Bibliotheca vetustos, & praeclaros libros invenimus quamplures. Hieronymus in Epistola ad Innocentium de VII. percussa haec de Vercellis civitate:

*Igitur Vercellae Ligurum civitas haud procul a radicibus Alpium sita olim potens, nunc raro est habitatore semirupta; hanc cum ex more Consularis inviseret, oblatam sibi quamdam mulierculam cum adultero, nam id crimen maritus impegerat, & rel.*

(236) ARATI LIBER ANTIQVISS. SVPER DELPHINI figuram.

(237) *Neptunum ajunt fabulae poetarum Amphitriten voluisse in conjugium accipere, quae cum ob verecundiae magnitudinem, & virginitatis observantiam ad Atlantem confugisset, Neptunus postea inter ceteros missos Delphinum etiam dicitur misisse, qui per*

[231] Emendatior ex Alciati Codice prodiit haec in Grutero, licet lineis aliter dispositis *pag.* 739. 1. ubi enim noster habet MELIOSTERIO, quod nihil significat, legitur in Grutero B. M. ET POSTERIS POSVIT.

(232) Dedit hanc Reinesius Clas. XVII. 94. ex Schedis Langermanni, & *Volaterrae* collocat. inde fortasse desumsit Gorius, qui *Tom.* II. *Inscr. Etr. pag.* 170. inter Volaterranas inscriptiones hanc quoque vulgavit, loco, ubi extet, non indicato.

(233) Detritum profecto fuisse marmor illud, ex quo Inscriptionem hanc descripsit Cyriacus, non est dubitandum, ea enim corruptissima est, ut statim patet; neque ingeniosissimus homo Reinesius, qui illam vulgavit *Clas.* I. 87. aliquid excogitare potuit, quod probari queat: legit ille VFIO EX COM. CAES. COS. atque explicat VEICetta EX COMitibus CAESaris CONSularis. Cyriaci lectio magis arrideret VERO ET COMM. CAES. COS. Sed Collegium hoc Consulum, quod an. Ch. 179. processit, ita signari non debuit. Augustus enim tunc erat Commodus, iterumque Consul; neque ante illum privati hominis nomen inscribi par erat.

(234) Edidit Reinesius e Langermanni Schedis *Cl. XIV.* 51. lineis tamen aliter dispositis.

(235) Ex iisdem Schedis vulgavit idem Reinesius *Cl.* I. 7. lineis item aliter dispositis. Verum emendatius, ut puto, habet Reinesius LVCILIVS.

(236) Petri fo hunc Codicem existimo, neque enim illum memorat Cl. Zacharia, qui insigniores Codices, qui in eadem Bibliotheca servantur, recensuit. *Excurs. liter. pag.* 59. Ceterum quaecunque Cyriacus exscripsit., ea omnia hic demus; fortasse emendari, & latius illustrari deberent. verum id duntaxat praestare is poterit, qui maxime, recentioribusque editionibus referta bibliotheca sit instructus. his destituimur praesidiis, potiora tantum attingem.

(237) Pene similia habentur in Hygini *Poet. Astron. lib.* I. *cap.* 15.

Atlan-

*Atlantis insulas circumvagans eam alloquutus sit, & Neptuno in matrimonium adsumendam adduxerit; ob banc causam inter astra conlocatus sit babet stellas.*

(238) Item in antiquissimo Arati libro ad Ganimedis figuram. In Aquario.

*Aquarium hunc complures esse Ganimedem dixerunt, quem Juppiter propter pulchritudinem corporis ereptum a parentibus, Deorum ministrum fecisse existimatur. Itaque ostenditur ut aquam aliquo coelo profusa sit, ut catbaclismos fieret, pedes in geniali circulo defixos, manum autem sinistram usque ad Capricorni porrigens tergum; dextera jubeam Pegasi prope contingens spectat ad exortus, qui, cui inita sit figuratus, necesse est corpore eum propere supinato videri. Effusio autem, quae pervenit ad eum piscem, qui solitarius figuratur, de quo posterius dicemus; babet autem stellas XIII.*

(239) *Ipse autem labens multis equus ille tenetur*
*Piscibus; huic cervix dextera mulcetur Aquarj*
*Serius hoc obitus terre visite quinis*
*Quam gelidum valido de corpore frigus anhelans.*

Item in Arati libro ad figuram egregiam Persei talerati, & dextera Medusae caput, sinistra vero gladium gerentis. Perseus

(240) *Hic mobilitatis causa, & quod novo genere concubitionis erat natus, ad sidera dicitur pervenisse, qui missus a Polidicte, Magnetis filio, ad Gorgonam, a Mercurio, qui eum dilexisse existimatur, talaria, & Pegasum accepit; praeterea galeam, quam inscientissime interpretantur eum Orci galea usum, quae res nemini docto probari potest. Fertur & a Vulcano falcem accepisse ex adamante factam, ex qua Medusam Gorgonam interfecit, quod factum nemo non scripsit. Sed ut ait Aeschilus in Phorcis; quae utraeque uno oculo usae existimantur, & ita suo quaeque tempore accepto oculo vigilasse; hunc Perseus ab una earum exceptum in paludem Tritonidam projecit; itaque custodibus excitatis, facile Gorgonam somno sopitam interfecit; cujus caput Minerva in pectore dicitur habere, cujus sinistrum crus & humerum laevum in circulus aestivus* (sic) *dividitur, diutius ea adverso non poterat videri, quam Graeci αἰδος dixerunt.*

(241) *E pedibus natus summo Jove Perseus es,*
*Quos humeros retinet defixum corpore Perseus,*
*Quam summam ab regione Aquilonis flamina pulsat,*
*Hic dextram ad sedes intendit Cassiepiae,*
*Diversosque pedes vinctos talaribus habsis* (sic)
*Pulverulentus uti de terra lapsus repente*
*In coelum victor magnum sub culmine portat.*

(242) Ad Pisces.

*Pisces Diognetus Erithreus ait quodam tempore Venerem cum Cupidine filio in Syria ad flumen Euphratem venisse; eodem loco repente Typhona, de quo supra diximus apparuisse. Venerem autem cum filio se projecisse, & ibi figura piscium formam mutasse; quo facto, periculo liberatos. Itaque postea Syros, qui his locis sunt proximi, destitisse pisces esitare, ne simili causa aut Deorum praesidia impugnare videantur, aut eos ipsos capere.*

---

(238) Haec corruptissima. Vide Hyginum *Poet. Astron. lib. II. c.* 24.

(239) Arati versus ex Ciceronis interpretatione, quorum quidem tertius corruptus est; in editione Verburgii, qua utor, legitur.

*Serius haec obitus terrai visit equinis.*

Grotius & Turnebus emendant *visit equi vis*, quorum emendationi Cyriaci lectio maxime favet.

(240) Eadem pene apud Hygin. *Poet. Astron. lib. II. c.* 12.

(241) Versus item Arati ex interpretatione Ciceronis; primus varias habet lectiones, in citata editione legitur:

*E pedibus natum summo atque Jove Persea:*

Grotius legendum censuit:

*E pedibus natum summo Jove Persea visere.*

Codex Lugduno-Batavus e Verburgio laudatus habet:

*E pedibus natus summo Jove Persea visu est.*

Affinis huic est Cyriaci lectio; cetera mitto.

(242) Totidem verbis Hyginus *Poet. Astron. lib. II. cap.* 30.

Ad alium piscem.

*Eratosthenes autem ex eodem pisce natos bos dicit, de quo posterius dicemus. Horum alter Borius, alter Notius appellatur; ideoque unus eorum, qui Boreus dicitur, inter aequinoctiale, & aestivum ⊙ sub Andromede brachia collocatus est, & arcticon in polum spectans constituitur. Alter autem est in Zodiaco circuloextremo sub capuli* (sic) *equi, longe ab aequinoctiali circulo collocatur spectans ad occasum. Hii pisces quibusdam stellis, ut lineola, conjunguntur stellarum XVII.*

(243) *Fl. Joseph lib. I. in principio, &c.*

Item Vercellis vidimus, & in Ecclesia Sancti Eusebii Episcopi sacra quamplura relicta nobis monumenta sanctorum, & in primis Danielis Prophetae crus. Item S. Jacobi majoris brachium. S. Jacobi minoris brachium. Sancti Pantaleonis Episcopi caput.

*Ad Sancti Honorati Episcopi tumulum ex marmore expolitum.*

(244) *Tertius hanc Urbis sedem tenuit Honoratus*
*Antistes, cujus spiritus astra tenet.*
*Eusebius Praesul, primusque martyr alumnus,*
*Coelorum postquam regna beata petit.*
*Hic pater Ecclesiam docuit; hanc dogmate recto*
*Sermones complens actibus ipse suos,*
*Terris, ac coelo conjunctus ubique magistro*
*Eusebio consors hic Honoratus adest.*

Hic Honoratus Episcopus communionem Ambrosio Ss. Episcopo dedit in extremo die.

Item a Novaria scripsimus ad A. optimum Arejanensium Pont.

Scripsimus R. P. T. pridie pater optime ex Gratea placidissima Novariana villa. Sed perjucundum illud unum praetermisisse nollem vir elegantissime, quod ita nos bonis avibus (245) Leonideum, Brandianumve oppidum hac in tempestate vidimus, ut omnia feliciora nobis successura haud dubie putandum est. Nam alia pleraque jucunda ut hoc loco praeteream, primo adventu nostro nobilis quispiam vir indigena, quem recenti ex venatione sagitta interceperat, orthocerum ac praestanti corpore cervum nostro hyperverendissimo seniori (246) L. M. obtulerat, quojusce vero postquam nuda tergoribus viscera vidimus, equidem ipse nonnullas ex femoribus portiunculas ad usque Novarianam Civitatem ipsam attulimus, & ex his partim relligiose ipsi J. O. M. verubus axatas (247) L. M. S. dicavi, partim vero ferventibus aquis lebete decoctas, ferinas nempe carne non absque voluptate mandere malueram.

(248) *Jo. Tuscanella Baldassarri Mutinensi* (249) *V. Pontificii Jurisdoctissimo sal.*
Multa sunt mi B. ab aliis plerisque poetis bene, atque eleganter dicta; sed a Ma-

(243) Fl. etiam Josephi Codicem in ea Bibliotheca a se visum Cyriacus commemerat, ejusque initium ex *Ant. Jud. lib. I. cap. I.* adducit, neque tamen interpretam nominat.
(244) Ediderat Ughellius *Tom. IV. Ital. Sac*, iterumque ex Monfoconio dedit Muratorius *pag. 1886. 3.*
(245) Castellionio nomen mire contorquet Cyriacus; illud tamen oppidum intelligit, unde Novariam perrectoros discesserat: quod etiam Brandianum a Cardinali Branda nominat.
(246) *Lubens merito.*
(247) *Lubens merito sacram.* Verum insulse satis Juppiter huc advocatur.
(248) Joannes Tuscanella Philelphi discipulus inter Secretarios Apostolicos a Nicolao V. connumeratus est, ut ex *epist. 22. lib. VI.* Fr. Philelphi observavit Mehus, & tradidit etiam elegantissimus Bonamicus de *Pontif. Epist. Scriptor.* pag. 308., qui, *licet in dialogo non commemoret, tamen inter claros habendum esse* statuit.
(249) Baldassar Mutinensis inter literatos illius Urbis Viros

rone

rone nostro Poetarum principe de propria cujusque voluptate dictum est prope divine *Trahit sua quemque voluptas*. Neque hoc uno ullum ab Apolline Pythio verius aut certius editum est oraculum. Quidam enim, ut hac nostra tempestate videmus, militiam amant, perindeque & equis & armis gaudent. Quidam divitiis itndent, qui maria navigant, terras peragrant, dies noctesque lucro interviunt. Alii item res alias, quae potissimum delectent, perlequuntur. K. autem A. qui nostras tibi literas reddet, vana haec omnia existimans & pro nihilo ducens, priscam illam M. N. antiquitatem maxime veneratur. Itaque ut saepe alias in diversas orbis terrarum partes, ita hoc tempore ex Etruria Apenino superato in Insubres concessit, & Mediolanum usque amplissimam civitatem pervenit; non quidem ut acus à Mediolanensibus emeret, sed ut Insubrium urbes, situmque inspiceret, antiqua aedificia pernotaret, epigrammata exscriberet, denique nihil relinqueret quod literarum monumentis dignum esset. Est enim Kyr. vir omnino antiquitatis amantissimus, eorumque qui antiquitatem amant, elegantissimus, elegantissimorumque antiquitatum amatorum excellentissimus. Quid plura? in hoc uno investigandae antiquitatis desiderio Kyriacus facile omnes, quotquot ante fuerunt, quotquot nunc sunt, non modo superavit, sed posteris etiam omnem hujus rei gloriae spem eripuit, nemo ut umquam hac laude eum superare posse confidat. Gloriatur Cicero noster se sphaeram, cylindrumque Archimedis extra Acradinam in columella invenisse, civemque suum Syraculanis pene ignotum reddidisse. Quot autem non dico cylindros sphaerasque, sed Deos, Deasque Kyriacus & nostris restituit, & alienis? Dicere ut non verear omnes omnium simul scriptorum curas simul ab una Kyriaci investigandae antiquitatis cura facile superari. Quid enim causae esse dices cur per hyemem, alienissimo anni tempore, homo peregrinus Comum veniat? Volt Kyr. Larium videre; volt fontem a C. Plinio notatum invisere; Urbis situm intueri; lapides denique ipsos excisa epigrammata continentes, veteresque figuras, si opus sit, invertere, ac resupinare, & ex magna ipsa matre eruere, & in lucem revocare, atque in ora virum, quidquid ibi relictum esset aspectu, reddere restituereque. Eum hunc igitur hominem Baldassar suavissime non solum aliorum singulari commendatione carum habebis, atque amabis; sed hac quoque mea non vulgari laude ut rarum hominem coles, atque observabis. Vale ex Mediolano VI. K. Dec. E. P. A. XII.

Ad V. K. Dec. Modoetiam venimus antiquum Insubrinm oppidum quod & Monciam in hodiernum vocitant.

*Ad Aed. Jõ Baptistae Ss. ad aram ornatissimam.*

106 (150)

D. M.
AVDASIAE Q. F. CALES
Q. AVDASIVS ACMAZON
VI. VIR. AVG. C. D. D.
MEDIOL. ET FOROPOPL.
PATER QVAE VIXIT
ANN V M. IIII. D. III.

Viros memoratur a Vedrianio *Hist. Mutin. lib. XVI. in f.* qui Bononiae etiam illum publice docuisse scribit. Qui plura cupit, animum cumulate explebit quum Gymnasii Bononiensis historia, quam jussu BENEDICTI XIV. immortalis memoriae Pontificis scribit omni literarum genere excultus Sartius, in lucem edetur, quod, ut primum fiet, enixe omnes doctissimum virum rogamus. Interim ex hoc Cyriaci loco patet anno 1442. Baldasserem Comi habitasse. Hinc quum a Tuscanella *Pontificii Juris doctissimus* dicatur haud inepte suspicari quis posset, Baldassarem Gerardi Cardinalis Comensis episcopi vicarii munere tum functum fuisse.

(150) Edidit Gruterus ex *Apiano & Alciati Schedis pag. 368. 7.* & Gratinlius *de Praecl. Aed. Med. pag. 112.* Holstenius in *Adden. lin. 5.* ex Smetio legit FORO POL. Uti-

Vidimus & arcem Modoetianam insignem amplissima aula & (251) CCC. columnis sublimem, & amplissimis deambulatoriis, thalamisque omnigenum ferarum, hominumque depictis arte nempe conspicua, omni ex parte ornatissimam, tres turres habentem, e queis unam aliarum praecellam & aeream, quam furnum carcereum vocant circumipeximus late optimo curante Gerardo Patre Reverendissimo Cardinale Comense, ejusque germanis Clarissimis Aloisio & Ambrosio B. M. ejusdem praeclarissimae arcis praefectis.

Vidimus & ornatissimam J^o. Baptistae Ss. aedem, & in ea nobile (252) Thesaurum Serenissimae Theodolendae Reginae, & primum aureum altare historia J^o. Baptistae perornatum, preciosissimumque.

Vidimus & ipso in Gazophylacio aurea quamplura Vasa, & plerosque ex auro calices, poculaque ornatissima, ac preciosissima locula, quorum unum ornatissimum gemmis intus habere binos sacros dentes Sacerdos ipse Gazophylax ajebat, unum scilicet J^o. Ss. Precursoris, alterum vero Andreae Apostoli Beatissimi.

Vidimus & ibi S. Gregorii Pontificis libellum antiquissimum eburneis quoque (253) tabulis elaboratis opertum, & purpureis chartis aureis atque argenteis conscriptum litteris. Haec habentur in principio praefatii.

(254) *Gregorius Praesul meritis & nomine dignus*
*Unde genus ducit, summum conscendit honorem*
*Qui renovans monumenta patrumque priorum*
*Tum composuit hunc libellum musicae artis scolae cantorum*.

*In principio libelli*

IN N̄E D̄I SVM̄I DOM. PRIMA DE ADVENTV DN̄I

R̄G. *Universi qui te expectant non confundentur. Dn̄e.*

*In fine Barbam Aaron*.

Item ibi ad aureum magnum & ornatissimum poculum inscriptio

(255) DE DOnis D̄I offert GLoriosissima THEODELINDA REGINA SC̄O IOHANNI BAPTISTA IN MODICIA.

Utinam lapidem ipsum aliquis recognosceret; si enim vere FORO POL. haberi, fortasse vel *Palleutia* hic indicaretur, quam proinde Fori nomine appellatam diceremus, vel aliud Ligurinae oppidum *Pollupice*, cujus in Itinerario Antonini fit mentio, & in Cellario *Geogr. ant. lib. II. cap. IX. sect. I.* neque enim tum intelligi posset *Forum Popilii*, quod inter Caesenam, & Forum Livii situm est, lineam 4. uti edita est, legendam omnes consentiunt VIVIR AVG. C. D. D. atque explicant *VIVir Augustalis creatos Decreto Decurionum*. Nae ego incautus, si literulam fortasse detritam, male exceptam fuisse suspicarer, legendumque proponerem VIVIR. AVG. G. D. D. *sevire Augustalis Gratuitus Decr. decur.* Verum nimis audax videri nollem.

(251) Ita perspicue in Codice. Verum, tametsi exiles columnae eae fuerint, quales posteriori aevo fieri consueverunt, tamen fatendum est Modoetianam hanc arcem, praeclarum profecto aedificium fuisse. Quando eversum fuerit ignoro; hoc unum scio Leandri Alberti aevo vel penitus periisse, vel pristinam adeo dignitatem amisisse, ut a Viro ceteroqui diligentissimo praeteriri impune potuerit.

(252) Thesaurum Theodelindae Reginae plures accuratissime descripserunt, quos longum esset enumerare. V. Mabillon, et reliquos iaceam, *It. Ital. pag.* 222. Fontanio. *de Corona Ferrea*. Gorium *Thes. dipt. Tom. II.* & limatissimas Paciaudii mei *Antiquitates Christianas diss. VI.*

(253) Dipthycon hoc, quod Antiphonarium S. Gregorii nuncupant, laudant omnes; omnium tamen primus edidit Gorius *Tom. II. Thes. dipt. tab. VI.*

(254) Priores duo versiculi in ipso dipthyco insculpti sunt, V. Gorium *loc. citato*. Sed in principio praefatii repetitos fuisse docet Cyriacus. Gorius eod. *Tom. II. pag.* 216. ex vetustissimis codicibus, ut ipse ait, integrum epigramma exhibuit prout in Cyriaco legitur, addito in fine ANNI CIRCVLI.

(255) Inscriptio haec a nemine, quod sciam, vulgata est; ea enim, quam primum Mabillon *It. Ital. pag.* 213. accuratius deinde Maffejus *Ist. Diplom. pag.* 310. & ex eo Paciaudius *Ant. Christ. pag.* 367. & Gorius *Thes. Dipth. Tom. II. pag.* 208. protulere, licet ab hac paullum differat, diversa tamen est, & Evangeliarii integumento auro gemmisque perornato inscripta. haec autem *ad aureum poculum* cuiusce a Cyriaco traditur.

Vidi-

Vidimus ibi praeterea insignem praestantissimumque ex unica zaphirea gemma calicem (256) habentem ex auro ornatissimum pedem; (257) itemque ibidem argentea in ampliissima patera auream gracilantis gallinae imaginem vidimus, VII. circum se aureos pulliculos pascitantem.

Item apud Mogontianum oppidum, ut ita nuncupare debemus, & non ut antea ab incolis didicimus Modoetiam, sed ut postea ex epigrammate vetustissimo comperto recte (258) Mogontianum dicendum est, ut inferius conscriptum videtur. Nam ad ipsum ex Comensi urbe ad IIII. Non. Dec. die remeavimus, & nostrum per iter Cantuam oppidum, & amoenas omnes villas, quae ab ea parte Comum inter & Mogontiam incoluntur vidimus Marianam, Serenam, Lixoneamque, & denique postquam iterum Mogontiam conspectare, ejusque situs opportunitatem considerare malueram, vidimus amoenum & praeclarum amnem medium per oppidum decurrere Lambron.

*Ad S. Mauricii Aediculam epigramma magna ex parte vetustate consumptum.*

107 (259)

C. SERTORIVS L. F.
OVF. TERTVLLIANVS
VETERANVS LEG. XVI
CVRATOR CIVIVM ROMANOR
MOGONTIACI

108 (260)

V. F.
C. IVLIVS. C. F.
PRIMIGEN.
SIBI ET VIRIAE
VERAE VXORI
BENEMERITAE
ET CASSIAE MANSVETAE
MATRI PIISSIMAE
ET MARCIAE

109 (261)

P. ATILIO
MASCLO ET
MACRINAE ET
MACRINI FIL
MARCELLIO
MACRINVS F. I

110 (262)

D M
P E R E
V I E
SIBI ET COIVGI

Plinius Secundus Licinio suo sal. In fine IIII. libr.

(263) *Attuli ex patria mea, &c.*

(256) Memoratur hic calix a Balthassare Fideli Modoetiensis Basilicae Archipresbitero in libro, quem ad Leonem X. misit. *Altaris magna palla cum aurea tum argentea* (haec est quam supra Cyriacus indicavit), *& Scyphus ille admirabilis optimi Sapphiri*, cujus locum recitavit Gorius *loc. cit. pag.* 224.

(257) Meminit etiam Leander Alberti *descr. dell' Ital.* pag mihi 371. a t.

(258) Leander Alberti ita scribit loco citato *avvegnacchè da alcuni moderni sia nominato Magontia senza autorità di antichi scrittori*. hinc patet Inscriptionem hanc notam illi minime fuisse. Verum innotuerat ejusdem aetatis scriptoribus, ac praesertim Tristano Chalco qui *lib. IV. Hist. Med.* aperte scribit *in Oppido Magontiaco*, ut ex ejus loco apparet, quem citat Fontaninus *de Cor. Fer. cap.* 4. Miror itaque oppidum hoc a Cellario fuisse praetermissum.

[259] Edidit Gruterus ex Apiano *pag.* 468. 3. sed per errorem *Mediolani* collocat; visitur enim etiamnum Inscriptio illa Modoetiae, ut Zacharia, qui marmor inspexit, testatur *Excurs. lit. pag.* 85. n. CXXVI. *Hanc inspexi*, ait ille, *Modoetiae ad S. Mauritii, ubi nunc extat. Legendum* OMN. *ut Alciatus monuit, non* ROMAN, *quod aliis visum.*

[260] Gruterus, qui ex Apiano & Alciatinis vulgavit *pag.* 759. t. emendationem dedit in lin. ult. ET. B. MERITAE.

(261) Edidit Gruterus ex Alciatinis *pag.* 859. 7. duabus ultimis siglis mutilam.

(262) Hunc titulum inter editos non reperi.

(263) Integram lib. IV. epistolam ultimam Plinii junioris describit Cyriacus, quam brevitati consulentes omittimus.

G. Car-

G. Cardinalis Comensis Apostolicae Sedis Legatus in Provincia Ligurum.

Nobili fratri nostro dilectissimo Aloisio de (164) Landriano Castri Modoetiae Pr. Nobilis fr. nostr. dilect. Kyriacus noster doctissimus, ut nosti, & monumentorum veterum diligentissimus perscrutator Comum it, ut & civitatem ipsam, & si quid annotatione dignum fuerit, videat. Redeundo dicit se Modoetia iter habiturum, ut & arcem, & thesaurum illius templi videat. Tu igitur illum suscipito humaniter, & quantum illius virtutes, diligentiaque exigunt; ac dato operam, ut illa omnia videre commode & abunde possit. Ex quo nobis admodum complacebis. Datum in Monasterio Claraevallis XXVI. Novemb. M° CCCC. Xiij

Ad IIII. Kal. Dec. venimus Comum antiquam & olim nobilem Insubrium civitatem prope radices Apenini montis, ad ripas Larii lacus profunda in valle positam; & ab eo lacu Abduam flu. decurrere cognovimus. Sed civitas ipsa longis ab utraque parte suburbiis vallata est, quorum innumera tecta immensis convulsa ruinis, undique solo collapsa jacent. Habet & summo in vertice collis, qui plurimus urbi imminet aeream episcopeam speculatoriamve arcem praecelsam, quam Bara velleam vocant.

*Ad aedem Gervasii, & Portasii.*

111 (265)

DIS
MANIBVS
L. CAESIANI
LARGI

*Ibidem & ad ornatissimam de marmore basim duae imagines.*

*Ad Monasterium antiquum S. Carpophori Martyris Antonio Zuto Abbate venerando curante, qui & nos digna hospitalitate susceperat, haec comperimus epigrammata.*

112 (266)

*Urceolus*

D. M.
EXORATIAE
TERTIAE

113 (267)

*Urceolus*

P. IVNIVS P. L.
APTVS SIBI
ET VALERIA
MAXVMA
VXOR
H. M. H. N. S.

114 (268)

V. F.
M. MESTRIVS
M. F. SECVNDVS
VI VIR SIBI ET
DEMINCILO
AVCTORI NAEVIO
ET FIL.

[264] Sansovinus *dell' origine delle Case illustri d' Ital.* pag. 119. e t. haec habet: *con immensa gloria di quella famiglia, della quale in quel medesimo tempo erano alla custodia di Vercelli, di Crema, di Brescia, di Bellinzone, di Cassano*, di Moeza, *e di Cremona tutti nomini, & Capitani della famiglia Landriana.*

(265) Ex Apiano Gruterus *pag.* 904. 8.

(266) E Langermani Schedis Reinesius *Clas.* XVII. 49.

(267) Gruterus ex Apiano *pag.* 981. 5. habet initio V. F.

[268] Multa emendatiorem ex Apiano dedit Gruterus *pag.* 438. 3. licet enim in ejus exemplari desint in principio sigiae. V. F. additur tamen OVF. tribus *Oufentina* lin. 3. & tres ultimae lineae, quae exeso fortasse marmore a Cyriaco male exceptae sunt, ita exhibentur: DEMINCILONIAE AVCTORINAE VXORI ET FILIIS. Grutero consonat Jovii Codex, nisi quod habet in fine VXSORI ET FIL. ut testatus est mihi Cl. Zachar. *Excur. liter. pag.* 95. *n.* XXI.

*Item*

*Item Comi apud eamdem Carpophori aedem.*

115 (269)

V. F.
Q. ALBVCIVS
GALENVS
VI VIR
COS II
SIBI ET SVIS
ET
OCTAVIAE
SECVNDAE
TVTILIAE

116 (270)

D. M.
SECVNDIAE
SECVNDINAE F.
AELI FESTINI
IVNIORIS
AELIVS SECVNDINVS
FILIVS ET
AEL. VRBICVS
AVON.VLVS

117 (271)

SENTIA
CAELIA
COLLEGIAB

*Ad aedem Jo. Evangelistae in suburbiis.*

118 (272)

V. F.
L. VIRILLIENVS L. F. OVF.
MASCELLIO VI VIR. GRATVIT.
LAMBINIAE PVPAE VXORI
MASCELLITAE F.

*Item Comi ad aedem s. Andreae Apostoli.*

119 (273)

D | C. VIRI FERINIIANI | M
 | VI VIRI COMI |

*Ad alium lapidem.*

120 (274)

C. RVTILIVS
PRIMVS
T. F.

(269) Vulgavit ex Apiano Gruterus *pag.* 350. 3. in qua tamen desunt initio siglae V. F. & COS. II., quod mendum in Schedis etiam Schrederi exhibebatur, ut in reperta editione annotatum est. Gudius recte emendavit COMI, & ita habet ex Dunio Muratorius *pag.* 1039. 4., cui accedit testimonium Jovii ex Zacher. *Excurs. liter. pag.* 95. n. XXII. ut jam dubitari amplius non possit, Cyriaci errorem in alias etiam Schedas emanasse. Ambo, Gruterus nempe, & Muratorius, in fine post lineam easdem habent AMICO.

(270) Vulgavit ex Apiano Gruterus *pag.* 741. 3. lin. 3. loco F. habet ET., in fine siglas V. F., sed deest AVONCVLVS, quod est tam in M. S. Pighii, ut in reperta editione annotatum est, quam in Codice Jovii, ut Zachariae testatur in epistola ad me data *Excurs. iter. pag.* 94. n. XIX.

[271] Muratorius ex suis Schedis Romae collocat *pag.* 541. 2. & quum legisset COLLEGIA IVS *peregrinam vocem veritus*, recte suspicatus est *corruptam a descriptoribus fuisse*, & legendum existimat COLEG. TABVL. aut PABVL. vel quid simile. Verum ediderat jam Inscriptionem istam e Schedis Langermanni Reinesius Clas. XIX. 30. & recte Comi posuit, legitque COLLEGIA, (*vel Collegii*) LIB. hoc est *libertae*.

(272) E Schedis Langermanni mendosissimam exhibuit Reinesius *Cl.* VI. 94. & *Romae* collocat. Siglas V. F. omisit, easque substituit loco tribus OVF. *Oufentinae*. Inde ea, quae plurimum ingeniosa homini inerat, confidentia ita ait: *Duas in unam confluunt descriptores. prima absolvitur versu primo, qui tamen de L. VIBVLLENO, hoc enim Romanorum nomen est, exponi debet. sequitur altera Vivus Fecit, quae usitata in fanis praemitti solet formula. Tum lego* AMBIVIAE PYRA *cognomen, vel* PYRRHA *est, vel si vocabulum μυουρον dedit marmorarius*, PYRAllis. Vide quantum ingenii aestus doctissimum virum abripiat. Cyriaci exemplar unicam exhibet inscriptionem, & quidem emendatissimam.

[273] Bis in Grutero edita est haec Inscriptio *eadem pag.* 488. n. 9. & 10. ut monuimus supra not. 182. iterum in Reinesio *Clas.* VI. 93. Viri cognomen varie effertur, priore loco apud Gruterum FERINILANI, quod ex Redii codice emendatur FERINITANI; apud Reinesium vero SERIMANI, quod VERIANI emendat ex altera Comensi Inscriptione apud Grut. *ead. pag.* 488. 11. Verum secundo loco Gruterus ex Apiano habet TERENTIANI, cui & Cyriaci lectio adstipulatur, totidem enim literis utraque vox scribitur, & Jovii Codex, ut videre est apud Zachar. *Ext. lit. pag.* 93. n. II.

[274] Edidit hanc e Jovii Codice Cl. Zachar. *Exc. lit. pag.* 93. n. I. & antea e Langermanno ediderat Reinesius Cl. XVII. 105.

*Ad alium lapidem ad Cienceriuм.*

121 (275)

MEMORIAE
LARIAE VIENAIDIS
ANIMAE INCOMPARAB
QVAE VIXIT ANNIS
XXXI. MENS. VIII. D.XXVII.
CASSIVS HYPPOLITVS
CONIVGI RARI EXEMPLI

*Ibidem & Comi ad eamdem Andreae aedem.*

122 (276)

MEMORIAE
BETITIAE HELENE
ANIMAE INNOCENT.
C. BETITIVS SEXTIO
CONIVGI SANCTISSIM.
ET BETITII
SECVNDINA SEXTIO
HELENE ET FIRMINVS

123 (277)

D. M.
LARTI SALVI
VALERIANI
QVINTA
CONIVX

*Ad alium lapidem eadem in aede ad Cienceriuм.*

124 (278)

V. F
SECVNDVS MAXIMI
SIBI ET BANONAE
RVFI. F. RVFINAE
VXORI ET
M. RVFINIO
SECVNDINO F.

125 (279)

L. IVLIVS
MAXIMVS
OVF. VI. VIR
SIBI ET SECVNDINAE
SECVNDINI F.
VXORI OPTIM
ET SYMPHORO
LIBERT
ET BLANDAE
ROMANI F.
MATRI SVAE

Ad Kal. Decembr. ex Comiana urbe una cum Johanne de Comiana Insula Pictore per Larium lacum cymba devecti ad VI. Mil. Pigeum ad mirificum fontem venimus, secus Turnum (280) lanificum, & vetustum ejusdem civitatis vicum, ad ejusdem laci ripas sub altissimo saxo, & prope ruentes, sonorosque ab alto montis vertice decursus aquarum, & ipsum denique fontem vidimus exorientem sub saxo veluti ex alta speci concavitate, qui septies, (281) ut ajunt, per diem crescere, atque decrescere pede plus vel minus videtur, ut ex C. Plinio in Naturalis historiae

[275] Ediderat e Laagermenoo Reioesius *Claf.* XIV 93, lineis aliter dispositis, & foedé corruptam LARIAE VIANOIS. Reinesius legendum censuit ATHENAIDIS: eam profecto tenge, ita enim marmor habet, quod Cremonae hodie visitur, & ab Ansio Muratorio transmissum, ab hoc vulgatum est *pag.* 1352. 8. HERIAE ATHENAIDIS.

(276) Gruterus ex Alciato *pag.* 763. 8. iterumque Muratorius pag. 1314. 2.

(277) Ex Apiano Gruterus *pag.* 750. 8.; iterum Muratorius *pag.* 1365. 4. Demum ex Codice Jovii Zachar. *Exc. lit. pag.* 94 n. x. En Cyriaci exemplar: Verum omnibus praestare Muratorianum existimo, siquidem Arisius, qui illi misit, lapidem vidit, habet ille: *D. M. Lerti Sabini Valeria Quinta conjux.*

(278) Cyriaci lectioni consonat M. S. Pighii liber in repetita Gruteri editione laudatus *pag.* 825. 10. differt enim in aliquibus Gruteri exemplar; BANONAE tamen legendum, ut Cyriacus, non BANONIAE, ut Pighius, ex Jovii Codice statuit Zachar. *Excur. liter. pag.* 94. n. XI.

[279] Ediderat Gruterus hanc Inscriptionem ex Pighio *pag.* 1095. 9. iterumque dedit Gorius in *Syntagm. Don. Cl. V. n.* 16. cui consonat Cyriaci exemplar, Grutero tamen, qui P. praenomen habet, favet Jovii Codex Zachar. teste *Exc. lit. pag.* 93. n. XII. Inde ab eo Gorii conjectura reprobatur, qui *fortasse* hunc L. Julium Maximum illum esse scripserat, *ad quem scribit Plinius Secundus lib. II. epist.* 13. ait illet *at viri eruditi conjectura ruit, eam Publio posita inscriptio fuit*, non Lucio Julio Maximo; at multo magis ruit, quia Plinii epistolae neque *Publio*, neque *Lucio*, neque *Julio*, sed duntaxat *Maximo suo* inscribuntur. Sed quid quod duae aliae Inscriptiones in Grutero occurrunt huic affines *pag.* 423. n. 2. & 3.? quarum prima ex Apiano tiam *Comi in Aede S. Andreae* ponitur, altera e Lazio *in ruderibus Caranum veteris hodie pago Pettanello?* Verum quisquis illas accurate inspexerit, facile intelligat unicam duntaxat veterem inscriptionem esse, eam nempe, quae *pag.* 1095. 9. exhibetur sine P. sive L. habent initio, duas reliquas ejusdem aut mendosum, vel interpolatum exemplum esse.

[280] Torno. V. Albert. *descr. dell' Ital.* pag. n. 372.

[281] Verum Plinius *ep. nic. lib. IV. ter tantum in die statis auctibus ac diminutionibus* crescere, decrescereque scripsit. Avunculus vero Plinius *Hist. nat. lib. II. c.* 103. *horis singulis semper intumescere*, ac residere autumat. utri credendum?

libro

libro mentionem haberi didicimus non vulgarem. Qua tum de re mirabili equidem certum periculum feci, annulo scilicet, & Herculeo nostro numismate, nec non ligno defixo cultello; invenimus eum namque descendentem; exinde statim crescentem inspeximus; & mox iterum decrescentem reliquimus.

*Itemque apud eumdem Comum civitatem, & eandem ad aedem s. Andreae.*

126 (282)

D M
ZOSIMAE
ZOSIMOS
CONIVGI INCOM
PARABILI

127 (283)

V. F.
L. LVTEVS ATESTIS F.
SIBI ET ATILIAE C. F.
PVPAE VXORI
ET L. LVTEVIO L. F.
PRISCO ET L. LVTEVIO
L. F. OVF. CALVISIO VI VIR.

*Item ad eandem s. Andreae Apostoli vetustam aedem.*

128 (284)

D M
THAVMASII
GEMINIA
MATRONA
CONIVGI D.
SVO

129 (285)

D M
CAESENNI EVGENI
MENSORIS
PVBLICI
FLORENTIVS
LIBERTVS

130 (286)

VALERIAE
PROFVTVRAE
CONIVG. KAR.
AVREL. MARO.

131 (287)

D. M.
CALDIAE
CONIVGI
CALDIANVS

132 (288)

D M
VIBI
SECVNDI
QVALI

133 (289)

M. IVVEN
MARCIANI
IIII. VIR. A. P. IIII. VIR.
AVGVRIS

(282) Integram ex Cyriaco exhibemus Inscriptionem, cujus partem dumtaxat edidit Gruterus *pag.* 842. 12. An autem eadem sit cum illa, quae ex Codice Redii in repetita editione ibidem exhibetur, merito dubitari potest.

(283) Gruterus, qui ex Apiano edidit *pag.* 432. 9. habet LVTEVIVS ATESTATIS F., Cyriaco tamen consonat Codex Jovii teste Zachar. *Exc. liter. pag.* 94. *n. VII.* & quod pluris est, Gudius, qui ut in repetita Gruteri editione enarratur, lapidem vidit Mediolani, exscripsitque anno 1663. Quod si ita sit, jam quadratarium errasse non dubito; probabile est enim ex eadem *Lutevia* gente fuisse, qui *Luteviis* duobus alibi monumentum posuit.

(284) Edidit ex Apiano Gruterus *pag.* 834. 2. verum inter siglas O. M. loco folii habet R, inepte, & loco *Thaumasii* THAVMASTI, quod magis probandum videtur.

(285) Ex Apiano vulgavit Gruterus *pag.* 1045. 1. sed corruptam; in repetita tamen editione ex MS. Pighii restituta fuit; atque ita emendatam dedit etiam Cl. Zachar. *Exc. lit. pag.* 94. *n. IX.* ex Codice Jovii.

[286] Gruterus ex Apiano *pag.* 837. 11. cui consonat Jovii Codex teste Zachar. *Exc. liter. pag.* 93. *n. V.* nisi quod AVREL. legit, ut Cyriacus, loco AVR. quod habet Gruterus. Cyriaci tamen exemplar integrius videtur.

[287] Muratorius ex Schedis suis edidit *pag.* 1577. 6. sed *Tiburi* extare notat.

(288) Hanc etiam dedit Murator. *pag.* 1764. 14. ex Schedis Eruditissimis *Cyriaci Anconitani*, in quibus *Brixiae* collocatur.

(289) Gruterus ex Apiano *pag.* 427. 4. edidit; iterum dedit Gorius in *Sy. Dia. Cl. IV.* 38. sed corruptam. Notavit id Cl. Zachar. *Exc. lit. pag.* 94 *n. VI.*, sed ita corruptam etiam in Grutero existimans, & in Jovii Codice, quibus consentit Cyriacus, *neutrum tamen*, ait, *satis recte; nam quid hoc iterum* IIIIVIR? *quum paullo ante* IIIIVIR. A. P. *Fortasse legendum* IIIIVIR. A. P. VI. VIR. Verum ignoscat mihi amicissimus vir, si nihil immutandum censeo. Fuit *Marcianus* IIIIvir *Aedilicia Potestate*, post quem Magistratum IIIIVIR fuit *Quinquennalis*, vel *Juredicundo*, quod certe statuere non possumus ob lapidis fracturam; ita enim in vetustis Inscriptionibus notatur honore, quod dudum observavi in notis ad *Marm. Pisaur.* n. XXVIII.

*Ad aedem s. Johannes b. Comi.*

134 (290)

D M
MARCELLIAE PROFVTVRAE
QVE VIXIT ANN. XVI. DIES
XXX
MARCELLIA MARCELLA
MATER FILIAE
INNOCENTISSIM

135 (291)

VIVI F
SP. FABATVS
SP. QVINTVS
SIBI ET
ENONI AVPLEDONIS
F

136 (292)

D M
C. PLINI[I] VALERIANI
MEDICI
QVI VIXIT ANN XXII. M. VI D. V.
PARENTES

Ad III. Non. Decembrium venimus Laudem Auguſtalem Inſubrium civitatem, ubi Johanne Vineate (293) Viro nobili, & R̃mi D. G. Cardinalis Comenſis conſobrino curante, Thaddeoque Gambari tignuario fabro, architectoque haud ignaro ducente, vetuſta pleraque monumenta comperimus, Sed inter potiora vetuſtiſſimum Herculis fanum novam ſecus Laudenſium urbem ad Abduae fluvii ripas fuiſſe e veſtigiis quippe non vulgaribus cognovi, & pleriſque noſtram ad diem relictis lapidibus antiquiſſimis characteribus inſignitis, ut inferius hiſce reſcribam.

*Baſes ad Ripas Abduae fl. ſecus novam Laudenſium urbem.*

137 (294)

HERCVLI
L. VALERIVS
TERTIVS
V. S. L. M.

138 (295)

L. GEMINIVS
L. F. MESSIVS
VI VIR
CVRATOR AERARI
MEDIOL. HERCVLI
V. S. L. M.

139 (296)

HERC. SAC.
CVMAS. CARPIVS
SYMPHORIO
VI VIR. SEN
T. AVG. C. DD.
ORNAMDE C.
AB ORD. SPLENDID.
MM. HONOR
CVMAS. CARPIO
FESTO FILIO
EQ. R. EQ. P.
VI. VIR. IVN. DEC.
VOT. SOL.

140 (297)

HERCVLI
Q. EVFEMVS
Q. F. OVF.
LVCVLLIVS
AED
VI. VIR.
V. S. L. M.

(290) Gruterus *pag.* 695. 2. ita etiam Codex Jovii, ſed Cyriaci lectionem MARCELLIAE praetulerim INNOCENTISSIM. in marmore ſcriptum teſtatur Zachar. *pag.* 94. n. *XV.*

(291) Ex Schedis Ben. Jovio vulgavit Murator. *pag.* 1460. 3. qui habet AENONI.

(292) Gruter. ex Apiano *pag.* 635. 1. in repetita tamen editione notatur ex Boiſſardo extare *Romae ad Minervam.* Verum *Comi* vidit Cyriacus, & inter Comenſes Inſcriptiones etiam a Benedicto Jovio recenſetur n. XLIV. teſte Zachar. *Exc. lit. pag.* 96.

(293) Nepos hic fortaſſe fuit, vel agnatus certe, & gentilis Johannis filius, qui patriae dominatum anno 1405. occupavit, & anno 1416. a Philippo Maria Mediolani Duce interemptus fuit.

(294) Edidit Gruterus *pag.* 44. 12. & ponit *Mediolani ad S. Ambroſium*, iterum dedit Muratorius *pag.* 61. 4. & recte *Laude Pompeja in Cathedrali* collocavit. In Grutero Valerii cognomen mendoſe ſcribitur TERENTIVS, quod in repetita editione ex Cod. Schraderi emendatum eſt.

(295) Gruterus *pag.* 43. 2. *Mediolani in S. Valeriae*, *ſeu ut alii Colonicae* ex Panvinii & Verderii Schedis collocat. Muratorius vero ex Schedis Farneſiis *pag.* 61. 6. recte ponit *Laude Pompeja.* Addit Muratorius tribum OVF. quae in Cyriaco, & Grutero deeſt; lineas item aliter diſtinguit. Neque aliam inſcriptionem, ut arbitror, ſed hanc eamdem corruptam, mutilamque ediderat Gruterus *ead. pag.* 43. 12. ex Apiano.

(296) Ex Apiano vulgavit Gruterus lineis aliter diſpoſitis *pag.* 41. 8. & *Laude Pompeja* extare ſcribit *in reliquiis Templi Herculis ad ripam fluminis.* Inſcriptio mendoſe excepta fuit; in repetita Gruteri editione Reineſii emendationes recitantur, quarum prior non ingenioſa modo, ſed vera videtur, ni lapis ipſe obſtet. Legit igitur illa *Herc. ſacrum A. Scaptius* (ita de more nomen torquet, quaſi vero *A. Scarpius* eſſe non potuerit) *VI Vir Sen. & Aug. G. D. D.* (hoc eſt *Gratuitus dec. decur.*) *Orna. dec. Ab. ord. ſplend. M. M. Honor. cum A. Scaptio Feliæ C. Q. A. Eq. P.*, &c. Emendatius tamen Cyriacus ORNAMentis DECurionatus AB ORDine SPLENDIDiſſime *Municipii Mediolanenſis* HONORatus. ita C. Valius Polycarpus in Piſaurenſi Inſcriptione n. XLIV. dicitur ORNAMENTA DECVRIONATVS INLVSTRATVS A SPLENDIDISSIMO ORDINE PISAVRENS. Emendatius item Cyriacus *lin.* 11. EQuiti Romano, ubi Gruterus habet C. Q. R.

(297) Gruterus item ex Apiano vulgavit & Schedis Panvinii

*Item in Laude ad Herculis dirutum fanum ad Abduae fl. ripam.*

141 (298)

H. L. M.
C. APRON. C. L.
CLEMENS
MEDIOLANI
V. S.

142 (299)

M. CVPPELIVS
CHARIT
ON
VI. VIR
SENIOR
LAVDE
V. S. L. M.

143 (300)

Q. MANLIVS
PHILVMENVS
SACERD. LAVR
LAVIN. SIGILLVM
CVM ARA HVIC
ARAE SVPERPOSVIT
ET SCRIPTVR. EIVS
VETVSTAT. CORRVP
RENOVAVIT
VOTO SVSCEPT
L. D. D. D.

Ad pridie Non. Decembr. ex Nova Laude ad veterem Laudensium urbem ivimus, ubi nullum fere civitatis vestigium vidimus, praeter aedes quasdam sacras, & rara quaedam tuguria paucis habitata colonis. Muri vero ita deleti, soloque collapsi sunt, ut campos videre potuimus, ubi Laude fuerat antiqua civitas. Sed tamen situm vidimus a nova Laude distantem ad IIII. mil., & omnia quippe diligentius spectare malui, Vegii nostri potissimum gratia patriae.

144 (301)

MEMORIAE
C. CAELIVS C. F.
SILO VI VIR
CAPELLA L.

A. Arcianensium Episcopus K. Anconitano S.

Ex Novaria primas, Comoque postremas facundissimas literas accepi tuas, karissi-

vinii *pag.* 43. 9. & *Coloniolae agri Veronensis* ponit. Muratorius ex Donio *pag.* 61. 5. *Laude Pompeja*. Gruterus habet EVFEMIVS. Muratorius consonat Cyriaco, a quo tamen mox uterque discrepet, habent enim *Lucullae*. Sed Gruterus eamdem pene inscriptionem rursus dedit eod. *pag.* 43. 10. conglutinans eam cum illa, quae ex Cyriaco infra producetur n. 143. V. not. 300.

[298] E Langermanni Schedis dedit Reinesius *Claf.* I. 67. cum hoc lemmate. *Laude Pompeja in templo Herculis ad ripam Adduae fluminis*. Deest in illius exemplo lin. 4. MEDIOLAN. Lubet doctissimi Viri explicationem hic adferre. *Non ita facile cuiquam in mentem venire potuit, quid sibi versus primi siglae H. L. M. vellent, nisi & eae, quae ultimum versum faciunt, & locus ubi extat lapis ad verum earum sensum manu quasi nos ducerent. Herculis cultum maxime apud Insubres .... ferbuisse tot & diversis locis exstructa templa testantur, & dicati lapides ... obvium igitur est prima ejus connexa extremis insinuare tam nomen numinis, quam usitatam veteribus in hac religionis specie formulam, & exponi debere* Herculi Libens Merito Votum solvit.

(299) Vulgavit Muratorius *pag.* 1050. 8. ex *Schedis Cyriaci apud Philippum Stosch Baronem Datum*, lineis aliter dispositis. haec ibi Murator. adnotat. *Alicui Deo votiva haec tabella fuit posita a Cuppellio iste in Civitate Laudensi perquam nota*. Jam vero si ad Herculis dirutum fanum inventa fuit, ut Cyriacus testetur, Herculi dicatam fuisse non est dubitandum.

(300) Portio haec est Inscriptionis, quam Gruterus ex Apiano dedit *pag.* 41. 10.; iisdem, ut Cyriacus, e Schedis suis vulgavit Muratorius *pag.* 123. 3. qui eamdem Inscriptionem legi testatur in aliis Schedis Cyriaci Anconitani apud Philippum Stosch. Vereor tamen ne Gruterianum exemplar praeferendum omnibus sit. Fortasse Cyriacus recte inscriptionem hanc illi, quam supra n. 140. dedimus, adnexuerat, quam ii, qui Cyriaci Schedas descripserunt, per errorem divulsere. Equidem *scriptura*, quam vetustate corruptam renovavit Manlius Philumenus aliquid aliud praeter ea, quae hic habentur, in lapide fuisse necessario evincit. Gruterus habet MANILIVS. Gudii & Fabretti conjecturam, qui SVPESIT emendarunt *superposuit* firmat Cyriacus, qui ita explicate habet.

[301] Ex Schedis Langermannis edidit Reinesius *Claf.* XVIII. 6. cum hoc lemmate. *Apud Urbem Laudensium in templo Herculis ad ripam*, lineae in Reinesio aliter disponuntur; deest VI; hinc VIR, quod solitarium erat, Reinesius explicavit *Virius*. At Cyriaci exemplar omnia in aperto ponit, sevirum nempe Caelium fuisse, cui Capella Libertus, qui utique Caelius fuit, non Virius memoriam posuit.

me Kyriace, quarum (302) primae feliciſſimos auſpicatus itineris tui, & alipedis cervi carnes optimas, lapidiſſimaſque devectas, & tecum comitantibus viris coenae appoſitas ingenti quadam feſtivitate deſcripſerant; alterae (303) vero amplioribus exornatae verborum ſchematibus incredibilem hujuſce horridae atque rigentiſſimae tempeſtatis actitatam profectionem tuam, atque ex ritu ardentis ingenii tui illuſtrium civitatum, dignarumve rerum inſignia, quae ex incuria majorum torpens abolevit oblivio, ſenſim definiebant. Sed inter alterutras tanta dierum intercapedo defluxit, quo nec datum eſt ſcire quis te locus obvolitantem retineret, ut neſcio, dubioque ſimillimus factus, articulos a calamo ſubtraxerim. Sic nullis verbis intinta papyrus a me tibi miſſa delata eſt. Nunc autem, quoniam ipſae literae, quas noſter Leonardus adduxit, te poſtridie Mediolanum fuiſſe profecturum, ibique nos eo remeantes praeſtolaturum pollicebantur, ubi te figeris, certior factus, arripui ſtilum, & hanc brevem, rudemque ſchedulam feſtinus deſcripſi, quam cum & XIII. verſus Scyllei (304) monſtri plumbeum ſimulacrum ex ſardonica achateave gemma illa tua nobiliſſima fuſili arte figuratum deſcribentes ſeorſum tranſmitto, ut & tuarum literarum, & muneris ſimul tibi gratias agam: quas cum primum P. R. noſter Cardinalis lectitaſſet, eas, teque ſumme laudavit. Vale ex Caſtillione. III. Idus Dec. 1442.

*Ad Kyriacum Picenicollenſem Anconitanum V. Cl.*

(305) Phorcigenae, Kyriace, tuae ſimulacra recepi
Grata ſatis, quorum primum pulcherrima virgo
Clunibus uſque tenus, manibus temone locato
Anteferens, uterum properat geminata luporum
Ora, ſed a tergo ſinuato corpore delphin
Potrahitur: Cytherea ſuper quoi nuda recumbens
Nititur in piſcem laeva, ſed dextera natum
Sublevat arcivolis jaculantem pectora flammis.
Peſtis & ira Deum monſtra haec, ſed gemma nitenti
Ingenitum celebratur opus, niveique coloris
Surgit ab obſcuro decus, haec inimica renectens.
Grates ergo tibi refero, quot ſidera coeli,
Quot terrae geniti flores, hominumque capilli.
Angelus Arejanenſium
Pontifex &

Sanctum feliciſſimum, fauſtum, & beatum eſto, ſplendidiſſime F. M. Dux hoc ipſum abs te nuper ſolemni & ampliſſimo ordine celebratum K. Januariarum laeti, feſti, & ſereniſſimi diei, ac recentis anni principium.

Ut quemadmodum ab anno ſalubri milleno quatricenteno tertio, & quaterdeno humanati Jovis optimi, maximique, & Theogoni Chriſti, ſalutariſque Jeſu indulgentiſſimo nomine antiquatae Moſaicae legis ritu circumciſi praeclariſſimum ipſum diem antiquis a Latinis divi bicipitis Jani nomine cultum, & hodie per orbem pie magis & orthodoxe a pientiſſimis celebratum Chriſticolis, te jam terdeno Ducali regnante imperio eluceſcere conſpexiſti, & pretioſis tuis ac honorificis & auro, gemmiſque muneribus magnificentiſſimo tuo, caeſareoque de more largitis, ipſum celeberrimum diem tuos inter inſignes, & fauſtos dedicaſti; ita annum tibi hunc per omnem, ac tuos alios dein venturos, polychronos, feliciores, fauſtos, atque fortunatos ſuccedere ſentiamus. Utque perinde ac ſemper in Latio inter & Liguras, & Inſubres inclyta

(302) Utramque Cyriaci epiſtolam ſervavit nobis Codex noſter; prima habetur pag. 39.
(303) Altera vero pag. 44. ſed haec, ut videtur, mutila eſt.
(304) V. ſupra not. 202.
(305) Scyllam enim Phorci filiam fuiſſe, tradunt fabulae.

tua

tua quaeque gesta facinora pace, belloque summa cum laude providentissime, fortiter, atque magnanimiter peregisti, nec non ipsa incomparabili virtute tua, & inexplicanda literis providentia inclytum ipsum Ducale tuum, atque praepotens imperium, tutum & servatum, auctum, insigniterque propagatum cognovimus; ita te deinceps compositis Italiae rebus, extra Latium denique, tuum ipsum Ducale, & religiosum imperium, divumque tuum, & memorabile nomen, primum super Macedonas & Thracas, superque Aethiopas atque Garamantas & Indos proferre perquam laudatissime videamus.

Ex insigni arce Mediolanea. Kalendis faustis Januariis, inclytique Martis pacifici sanctissimo die M. CCCC. XLIII.

Cyriacus Anconitanus
Devotus Numini,
Majestatique Tuae
Dicatissimus.

Quum apud Aegyptum ad Karras, (306) Memphiticamque Babylona, & superbam Soltanei principis aulam venissem, Praeexcellentissime Philippe Princeps, alia inter ejusdem regionis animalia vidimus Zorophan (307) sic enim indigenae feram

(306) Ad urbem nempe maximam, quam *Cairo* dicimus. Cyriacus, ut antiquo nomine uteretur, Carras ex Mesopotamia advocavit, errore haud levi.

(307) Hic Cyriaci locus ex animo mihi omnino exciderat, dum not. 108. scriberam, verum anceps adhuc haereo, an ex eo Jacobi epistola, seu potius ex conjectura, quam ibi proposui, praeclarissimi viri Josephi Compagnonii emendanda sit. Magis turbat, quod Cyriacus animal, quod hic *Zorophan* ab indigenis vocari tradit, in *Itinerar.* Zarapham appellet: *&* *sua quoque*, ait ibi, *eximiae peregrinae conspexi*, *dromedarios*, Zoraphos, *& immanes elephantum belluas*. Porro ut perdifficilis quaestio, quantum fieri potest, illustretur, aliam ejusdem eruditissimi Compagnonii epistolam profero, quam mecum Illustrissimus illius Patruus communicavit.

„ Josephus Antonius Compagnonius, Pompejo Anoimat. & Cingulanor. Antistiti, Patruo suo, S. P. D.

„ Belle sane mecum agitur, quod amicus ille tuus, homo civitate, atque eruditione praestans, Hannibal Oliverius, cujus testimonium, & judicium omnino magni facio, epistolam meam typis haud indignam existimaverit; quare de praeclara ista in me voluntate valde illum amo, gratiamque habeo. Nunc ad belluam.

„ Profecto numquam putassem fore, ut amicus ille Cyriaci nostri exoticum quodpiam animal, cujus iconem, & descriptionem ei Cyriacus miserat, designaturus, barbarum potius, quam Graecum, Latinumve vocabulum, usurparet, nisi tu, uno & altero ejusdem Cyriaci locis prolatis, me hujus rei commonefecisses. Ideo pro corrupta dictione *Orophan*, *Ourferam*, quae Latina est, & aliquam cum priore similitudinem habere mihi tunc videbatur, reponi posse scripseram. At pol ego non ignobilis eram, qui, si minus de nomine, de re certe ipsa praeclare divinaverim, ut infra ostendam. Nam, ad nomen quod attinet, quod triplex, ut e locis a te allatis apparet, huic animali ad veterum Romanorum rationem tribuitur, barbarum quidem esse statuo, sed simplex, & ubique depravatum. *Zorophan* tamen veritati propius accedit. Etenim Josaphates Barbarus, homo Venetus, qui sua per Tanaitas, Persicamque regionem itinera satis diligenter conscripsit anno circum XV. saeculi octogesimum, scilicet post Cyriacum, diserte asserit, bestiam quamdam ab India dono missam Assambajo Persarum Regi, immani colli & capitis proceritate, crurum anteriorum longitudine, & maculatum, quibus undique conspergebatur, varietate insignem (quae profecto notae huic uni, inter omnes quadrupedes, quotquot sub coelo degunt, peculiares sunt, & mirifice cum Cyriaci descriptione conveniunt) indigenis *Zornapham* fuisse appellatam. Barbaro astipulatur Julius Scaliger, qui in exercitationibus adversus Cardanum bestiam hanc *Giraffam*, seu *Zornapham* apud Persas audiri testatur. Itaque & Cyriacum eodem modo scripsisse, non autem *Zorophan*, multo vero minus *Orophan*, aut ut Mahusius edidit *Zarapham* sine haesitatione pronuncio. Hinc factum est Italorum *Giraffa*, quo nomine eam apud nos vocari, alias tibi significavi. Sed de nomine satis; nunc, quidnam id belluae sit, videamus.

„ Ejus formam ac mirabilem plane membrorum dispositionem, omnium, ac recentioribus, persequitur Petrus Gillius, homo Gallus, solertissimus naturae rerum investigator, cujus descriptionem apponere hic lubet, tum quia id quoque lectu dignum arbitror, tum vero ut magis magisque constet, eam ipsam esse, de qua quaerimus. Haec igitur fere ille: *Camelopardales* (ita Graeci & Latini nuncupabant) *vidi tres in urbe Cayro* (Memphi scil.) *In iis duo corniculae ex fronte eminebant* (quod minime novisse Veteres, miratur Politianus *Miscell. cap. 3.*) *circiter sex digitos; in fronte media tuberculum extabat, velut tertium cornu, altum circiter duos digitos; collum longum septem pedes; cum caput extollit, sedecim pedes a terra attollit. Longitudo a cauda ad capitis verticem est duodeviginti pedum. Tibiae tam altae posteriores, quam priores; at femora anteriora longe altiora posterioribus, nimirum dorsum a cauda ad summum caput, velut scala, veluti tectum carinatum, attollitur. Totum corpus grandioribus maculis coloris cervini* (confer descriptionem Anconitani) *obquadratis, sed in collo, magisque in corpore quoquoversus latis circiter dodrantem, at clausula macularum alba, digiti latitudine, itaque totum corpus reticulatum est, neque tamen ut Pardalis* (ea cujus, & Cameli nomina *Camelopardalis* effectum est) *maculas habet rotundas, sed obquadratas .... labrum superum longe eminet infra inferum: cauda tenuis, & exigua, in acumine pilosa. Ruminat ut bos .... jubam habet ut equus a dorso ad capitis verticem* (jubarum meminit amicus Cyriaci, de quo supra.) *In gradiendo claudicare videtur non dextris, nunc sinistris, non modo cruribus, sed etiam lateribus* (id observavit etiam Heliodorus Aethiopicon lib. X. cujus descriptionem latinam a Politiano factam videre est capite cit. Miscell.); *cum ex terra potum, aut cibum capere necesse habet, crura latissime distendit priora, nec enim nisi sic deductis, longeque divaricatis tibiis, cibum ex terra capere potest* ". Hactenus Gillius, cujus descriptioni addendum omnino est, quod unus notavit Jos. Barbarus non semel laudatus, linguam scilicet Camelopardalis, ipso pene corpore monstrosiorem, bipedalis longitudinis esse, atque adinstar anguillarum teretem, qua ramos, frondesque arborum, herbasque tanta celeritate carpit, ut inspici vix queat. Caeterum hoc animal portatum est, nec nisi certis quibusdam Aethiopiae vel Indiae intra Gangem regionibus nascitur. Miror autem Benedictum Mailletum Gallum, qui hoc ipso saeculo Aethiopiae, atque Aegypti naturalem historiam scripsit, de eo siluisse omnino. Aliqui putant in sacris paginis commemoratum *Deuteronom.* 14. 5. sed falsa videlicet ratione. Nam ibi Hebraica dictio *Samer*, quam vulgatus interpres *Camelopardum* reddit, *capream* designificat, ut probat
„ Sam.

voci-

vocitant: peregrinum quippe animal, & mirabile visu; nam informe longitudinis collo, & anteriori parte sexquitertia, posteriore cruribus altius eminebat; cetera vero a capite ad extremas pedum & ungularum partes, dorsumque, & maculosi tegminis color, omnia cervis, damisque simillima videbantur. Vidimus & inibi magnas, immanesque elephantum belluas, ac antea per Nilum monstruosos illos, & anguigenos crocodillos. Quarum vero veras ferarum imagines hisce Magnitudini tuae & praedignissime spectationi destinandum curavi, ut quo ad licet eas te vidisse feras putaremus, tuae manendo splendidissimae Mediolaneae Arcis aulai, nec dum a te vasto, ut a nobis, permenso aeqnore, aux Aegyptiaco Nilo, immensave itineris tantarum arenarum mole; utque ex his facilius tua serenitas intelligere queat, me, si quando per orbem, quem omni ex parte tuo sub inclyto nomine (308) perscrutari desidero, quid novi mihi videre dignum notatione contigerit, non modo literis, sed veris propriisque lineamentis stilo utique proprias rerum omnigenum Majestati Tuae referre posse figuras. Valere te quidem diu, atque oculis intueri feliciorem opto, tuumque perpetuo celebrare divum, clarum, atque excolendissimum nomen.

E. I. M. T. dicatissimus K. A.

*Hic deficiunt imagines animalium praedictorum.*

P. in X. Ven. D. Angelo opt. doctissimoque Arejanensium Pontifici.

Cum hodie P. Venerande in inclyta Ducis aula certo ex Castellione nuntio percepissem Br. Card. P. R. N. adversa corporis valetudine laborantem, febricitantemque, quam aegre, molesteve tulerim te nequaquam amblgere scio, vir integerrime, qui meam omnem mentem, consiliumque sane novisti, meque jamdiu totum sibi, & insignibus suis virtutibus apprime dicatissimum cognovisti. At & quisnam ram expers humanae pietatis esset, qui tam optumi patris vatam (l. *servatam*) valitudinem, incolumitatemque non desideret, exoptaretque? Quin etenim hoc unum hac in re tibi persuadeas velim, quod ob ipsam tam cari parentis valitudinem instaurandam, tamque vita dignissimi Senioris fata longius proferenda, (309) si mihi Deus ipse laetus Apollo suas omnes artes, munerave, augurium, & Musas dedisset, ac omnem argentei sui arcus facultatem, equidem ab eo ipso herbarum virtutes & potestates, ac uti-

„ Sem. Bochartus. Neque sane quisquam Judaeorum mensa „ apponi potuisse Camelopardalim, sibi persuadeat, modo, „ ne de nomine quidem notam illis fuisse, sciat. Sed & ma„ ximae Asiae parti, Europaeque universae per Alexandri „ Magni tempora, invisam fuisse haud temere affirmaverim, „ quam nullibi videam ejus meminisse Aristotelem. E Grae„ cis primus eam commemeravit Strabo, qui tamen Artemi„ dorum quemdam Geographum, & Iphicratem laudat, quo„ rum scripta aetatem non tulerunt; a Romanis, M. Varro, „ qui lib. IV. de L. L. *Camelus*, inquit, *suo nomine Sy„ riaco in Latium venit, ut Alexandria Camelopardalis no„ per adducta, quae erat figura, ut Camelus, maculis, ut „ panthera*. Fuit id anno Urb. 708. ut recte cum Sigonio „ notat Th. Dempsterus Scotus in Aldobrandi lib. *de qua„ druped. bisulcis* cap. 35. quo nempe anno Caesar dictator „ circenses populo Romano exhibuit. *Ex eo subinde visa „ est*, inquit Plinius *H. N. lib. 8. cap.* 18. qui ab Aethio„ pibus *Nabia* (alias *Nabuna*) a Romanis vero ipsis *Ovife„ ram*, quod superius posui, sive, ut quidam Codices prae„ ferunt, Ovem *feram*, ob mansuetudinem, nominatam pro„ dit. Ut vero ad ea tempora, quae nobis propinquiora sunt „ descendam, Camelopardalis a Babyloniorum rege, idest „ Sultano Memphitico ad Federicum Aenobarbum dono „ missa fuit, ut auctor est Vincentius Bellovacensis, ex eo„ que Albertus Magnus; Saeculo vero XV. vertente, Aegy„ ptiorum item rex alteram ejusdam generis belluam, in„ ter alia munera, Florentiam misit Laurentio Medici, prae„ claro illi ingeniorum omnium, virtutumque patrono, quam „ vidisse se testatur Politianus. An eam postmodum Europa „ viderit, prorsus ignoro. Quae idcirco subjungere volui, ut „ locupletissima Clarissimorum virorum testificatione viu ferra„ dam quorundam temeritatem castigarem, qui Camelepardalim „ commentitiam esse animal, affirmare non dubitarunt, et di„ dici ex Augustino Calmeto in citatam Deuteronomii locum. „ Plura in argumentum hoc universum disputare possem, „ sed Terentianum illud *ne quid nimis*, me, ut finem „ scribendi faciam, non hortatur modo, sed etiam cogit. „ Vale Maceratae. Postrid. Id. April. 1760.

(308) Decembrius in *Vita Phil. Ducis cap.* 63. scribit Philippum Mariam *Cyriacum Anconitanum multo plura pollicentem respuisse, & regia intercluisse*. id *insanae maledicendi libidini, qua abripiebatur Decembrius*, tribuit Mehus *in praef. Itiner. pag.* XXIII. Vereor tamen, ne Decembrius, aliqua ex parte, vera scripserit. Equidem operam a Cyriaco oblatam Philippum Mariam aspernatum fuisse Cyriacus ipse facto suo satis indicet; siquidem ipse post Brandae Cardinalis mortem, ut mox videbimus, non rediit Mediolanum, sed in Picenum ad Franciscum Sfortiam migravit, a quo item contracta fronte fortasse exceptus, mollibus enim tum Francisco opus erat, non literatis viris, ad Alphonsum Regem perrexit, apud quem erat Novembri mense, dum Asculum Rex ille obsidabat. *V. supra not.* 348.

[309] Virgilium respexit Cyriacus, qui *Aeneid. XII. v.* 391. haec habet.

*Jamque aderat Phoebo ante alias dilectus Japix*
*Jasides, acri quondam cui captus amore*
*Ipse suas artes, sua munera laetus Apollo*
*Augurium, citharamque dedit, celeresque sagittas.*
*Ille ut depositi proferret fata parentis*
*Scire potestates herbarum, usumque medendi*
*Maluit.*

les

les, mirificasque medendi artes didicere avidius maluissem, perinde ac olim antiquum & nobilem illum Japicem Anchisiadae magni medetorem femoris lenioris sui gratia parentis fecisse, divino nempe carmine cognovisti; tametsi eum potius divae genitricis Creteide dictami ope evasisse divus ille poeta cecinerat. At enim & pro Venere diva illa parente, hac in re vicem hodie supplet divus princeps ille noster Anguiger Philippus Maria, quem illico re cognita binos cariores suos & praeclar. arte medicos Philippum, (310) Antoniumque in auxilium tanti patris misisse cognovimus. Cujusce divi Principis auspiciis, quorumque artificum optimorum virtute, rerumque peritia, industria, sollertia, atque diligentissima cura, vestrique tantorum patrum, suorumque tot praestantissimorum hominum aspectu, praesentiaeque solamine, divina potissimum annuente pietate, eum ipsum optimum patrem, & seniorem excolendissimum nostrum, ad pristinam restitutum valitudinem mihi persuaserim, spem haud exiguam haurire velis. Vale ex Mediol. XIII. K. Febr. M. CCCC. XLIII.

K. A. T.

*Venerando Sacerdoti Jo. Regino Lepideo suo dignissimo Religione Patri.*

Cum nudius tertius, tecumque Viro opt. de inclita tui, meique sereni principis Borsi probitate, virtute, honestate, religione, & caesarea quadam animi magnitudine, & liberalitate, atque formae eximia venustate, herilique proceritate, facundia, vocisque suavitate, nec non paterna illa, propeque divina hilaritate, suam ante (311) domum verba, quam jucunda haberemus, continuo dum a te discedere coepissem, & speciosam juvenis tanti formam, aspectumque, & habitudinem diligentius considerare maluissem, venit in mentem excellen. illius poetae nostri praeclarissima dicta, quae suum in Aeneam nostro de sanctissimo Genio Atlantiade cecinerat. Illa etenim eadem ipso de insigni Estensis inclytae domus decore recensenda perbelle magis, idoneaque videntur; scilicet:

*Omnia Mercurio similis, vocemque, coloremque*
*Et crines flavos, & membra decora juventae.*

Jamque Vale. K. A. T. XIII. Kal. Febr.

Ad VII. Kal. Februarias venimus Varexium, vicum Comensem, distantem a Como civitate ad XII. mil., ubi Petro Samoragensi viro egregio curante vidimus quidquid vetustatis vestigium extat, & primum:

*In Aede S. Victoris ad antiquam ex vivo lapide basim.*

145 (312) IDEA IOVIS

*In Aede S. Martini ad aliam vetustissimam lapideam basim.*

146 (313) MAXVMIA
VERIA

*Apud Aedem S. Mariae in monte distantem a Varesio ad III. mil. in vetustissimo lapide.*

147 (314) SEX PAEONIS
LERVINI
MARCELL. F.

(310) Antonius proculdubio est *Antonius Cusanus*, quem *Philippus Maria*, ait *Author Bibl. Mediol. pag.* 534., *Vicecomes Mediolani Dux suum protophysicum habere voluit*. Philippus vero ex qua gente fuerit, nescio, sed illum esse mihi persuadeo Philosophum, & Medicum, ad quem scripsit Philelphus ep. lib. VI., quae ita incipit: *Memini, quum nuper una divino illo Philippo Maria Principe nostro esses Mediolani, vidisse apud te vetustissimum quemdam Codicem*, &c.

(311) Patet hinc Borsium Estensem per eos dies Mediolani moram traxisse.

(312) Edidit Gruterus *pag.* 1009. 10. fragmentum inscriptionis appellat hoc Cl. Zachar. *exc. lit. pag.* 88. & recte; nihil enim inde exsculpi potest, nisi quis jocari velit cum Boxhornio, *Quaest.* Rom. 5.

(313) Emendatius fortasse, quam Gruterus *pag.* 918. 11. & Zachar. *loc. cit.* quorum uterque habet MAXIMA VERA.

(314) Bis in Grutero edita est, primum ex Castellionaeo *pag.* 699. 11. deinde ex Alciatinis *pag.* 920. 1. utrobique deest secunda linea, ut & apud Zachariam *loc. cit.*

Ad VI. Kal. Febr. venimus Besutium, vicum Anglerianum, ubi Antonio Besutiano viro nobili, & loci ejusdem patrono curante quicquid vetustatum monumenti extat inspeximus, & epigrammata haec utique diversis in lapidibus comperta rescripsi.

*Ad Aedem S. Alexandri ad aram S. Christinae marmoream.*

148 (315)
V. F.
C. CASSIVS BASSVS
MAGID SACERDOS
ROMAE ET SIBI ET
ADIVTOR \AT MAG. ID.
SACERDOTI ROMAE ET AVG.

*Ibidem ad marmoream urnam.*

149 (316)
S. APRICEAE VELLIAI
OPTATVS TERTINVS
CONIVGI CARISSIMAE

150 (317)
ST. EVAN.
THVS
OVF

*Ad Collem Brebium juxta Besutium ad I. mil. ad aedem S. Agathes.*

151 (318)
D. M.
L. COELI. L. F. OVF
BARONIS VI. VIR
PONTIFICI. IIII VIR A. F.
CVRATORIS. AED. FIRRONAN
ITEM TEMPLI MINERVAE
ET ALBVCIAE VIRILLIONIS FIL.
VXORI EIVS COELI IVVENIS
FL. SEVERVS PARENTIB. OPTIM.

152 (319)
MATRONIS
M. VALERIVS
ALBANVS
LAET. LIB. FECIT

*Ad Aedem S. Mariae Brebianae Canon.*

153 (320)
CN. TERENTIO CN. F.
PRIMO IIIIII VIRO ET
TERENTIAE CONIVGI
IVCVNDISSIMAE
QVI VICANF.
HABITANTIB
LAVATIONEM

*Ad Aediculam Helioli Canonici Sacerdotis.*

154 (321)
IOVI. O. T
T. M ET
DIIS. DEAB
OMNIBVS
P. ROSALIVS
ET. M. AVRE
LI LVCILIANI
A. SELLIO
VERVS AMICVS
V. S. L. M.

[315] Lineis aliter distinctis, neque tamen emendatior edita est haec Inscriptio ex Langermanni Schedis in Reinesio *Clas. V.* 3. & ex Schedis suis in Muratorio *pag.* 157. 5. Ambo ad inscriptionis explicationem plura comment sunt, quae profecto non placent; neque tamen corrupto marmore meliore a me eliquis expectet.

(316) E Schedis Langermanni vulgavit Reinesius Clas. XIV. 132. & legit *Sapriciae Villielae Opiatus Cervinae*. Iterum Muratorius *pag.* 1400. 5. cum sequenti agglutinatam.

(317) Ex iisdem Schedis dedit Reinesius *Clas. XVII.* 47. legit autem *Evanthus*.

(318) Emendatiorem dedit Gruterus *pag.* 393. 7. ex Merula & Alciatinis, nempe *lin.* 3. A. P. hoc est *Aedilitra Potestate*, & *lin. ult.* ET. loco FL. sed *lin.* 5. habet SALT. TRIBRONAN. quod nimium a Cyriaci lectione discrepat. Verum a Grutero differt etiam paullulum Alciati Codex. V. Zachar. Exc. *lit. pag.* 85. *n.* CXXIV.

(319) Gruterus *pag.* 1074. 4.

(320) Edidit Gruterus ex Castellionaeo *pag.* 473. 1. sed correptioram. Mutilam esse inscriptionem nemo non videt.

[321] *Romae in Ecclesia SS. Apostolorum* ponit e Mazochio Gruterus *pag.* IV. 1. lineis aliter distinctis; manifestum est literas O. T. T. per errorem disjunctas fuisse, legique in lapide OPT. Ceterum quum Mazochius ipse in emendationibus in calce libri appositis Inscriptiones, quas eadem *pag.* LVII. *n.* 6. 7. 8. & 9. affert, se non vidisse testatus sit, praestat in Cyriaci authoritate conquiescere.

Ad

*Ad Aedem S. Michaelis Brebianam. In marmorea basi.*

155 (322)

I. O. M.
COELIVS BARO
VOTVM
SOL. L. M.

Ad pridie K. Febr. (323) ex Castellione venimus ad vetustum oppidum Seprium ab incolis dictum, ubi non pauca vetustatis suae vestigia conspectantur; sed undique longi temporis labe collapsa, soloque disjecta videntur.

*Ad lapideam & vetustissimam basim.*

156 (324)

IOVI O. T.
ET
DIIS. DEA
BVS. QVE
MASSELLIA. VALE
RIANA. VOTVM
S. L. M.

157 (325)

L. VELLIVS L. F.
VERINVS ET
LEVICIOR
LVCILIO VERO
PATRI ET MATRI
SEXTIAE MAIO
RI

158 (326)

BERICRI CENIONI VAL
ENTINI PONTIF
DECVRIA II. IX. ϽIIII
M. MACRINI VALERIANI
CENTVRIA. XII.
L. SCRIPONI PETRONIANI
DECVRIA PR. LXXXIII
SALVI VITALIS SECVNDI
CENTVRIA PR
CVRATORIB. ARI. III
CVLL. FABR. ET CENTON
CARI ANN. CXXXVII
CONCORDIAL. EORVM
L. PARIVS HERMES

Ad pridie K. Februarias venimus Tradatem veterem Mediol. vicum, ubi Petro (327) Pusterla viro nobile Augustale, regioque ejusdem loci patrono, una optimo suo cum genitore Johanne curante, favitanteque, pleraque suae veternitatis monumenta conspexi, & primum apud ipsam arcem:

[322] Hanc etiam ex Mazochio Gruterus *pag. 3. 6. in Ecclesia SS. Apostolorum collocat.* Sed Mazochius, ut modo diximus, non vidit. Aliam insuper inscriptionem huic agglutinat, quam diversam esse existimaverunt tum Scaliger, ut in repetita Gruteri editione notatur, quam Gruterus ipse in *Corrig. & Animad.* Itaque absque ullo additamento a Muratorio iterum vulgata est *pag. 3. 7.* ex Schedis suis, & ex Gratiolio, in quo *pag. 153.* basis ipsius figura aeri incisa habetur, ita ut dubitari non possit recte Gruterum, Scaligerumque sensisse de Masellia Valeriana hinc sepungenda. Sed Cyriacus tam in aperto ponit; non modo enim distinguit, sed duobus diversis in locis ea marmora vidit, *Brebis* nempe Coeli Baronis, & *Seprii* Maselliae Valerianae votum.

(323) Cyriacus quum tristes de Brandae Cardinalis salute nuncios accepisset, Mediolano Castellionam reversus est. Verum dum optimus senex cum morbo conflictabatur, vicina loca Cyriacus ad investigandas antiquitates invisebat. Profecto Cardinalis Branda die V. Februarii 1443. mortuus est.

[324] Dixi jam *not.* 322. perperam hanc inscriptionem alteri notiam Coeli Baronis agglutinatam esse in Grutero *pag. 3. 6.*

[325] E *Schedis Barberinis misit N. V. Ab. Compagnonius* Muratorio, qui vulgavit *pag. 1284. 7.* Verum in iis Schedis, & *Besoții agri Mediolanensis* collocatur, quum ex Cyriaco constet notitissa Seprii, & lineae aliter disponuntur, & mendose VERNIVS habetur pro VERINVS. Errant tamen in sequenti linea eam Schedas Barberinae, quae habent LEVICIOS, quum Cyriacus LEVICIOR.

(326) Ex Schedis Fratris Jucundi edidit Muratorius *pag. 518. 4.* apud quem eadem Inscriptio in Schedis suis *Ostiliae ad ripam Padi* ponebatur. Ceterum adeo mendose ea est, ut neque quae Muratorius tentavit describere, neque conjecturas alias proponere, operae pretium sit.

(327) Hic postea Francisco Sfortiae Duci carus senatoriam dignitatem obtinuit. V. *Bibl. Script. Mediolan. pag. 1251.*

*Ad lapideam basim.*

159 (328) ALBANIAE
QVINTILLAE

160 (329) VOTIS OMNIBVS CAELESTIB

CONSENTIENTIBVS BE

NEVERTENTIBVS QVAE

*Ad aliam basim.*

161 (330) HERCVLI
L. ARTIVS
QVINTVL
EX VOTO
V. S. L. M.

162 (331) I. O. M.
ET DIS DEABVSQ.
OMNIBVS
Q. FIRMIANVS
SERVOS

*Ad Aedem S. Bartholomaei in Silvis procul a Tradate ad III. mil. ad urnam ex marmore vetustissimam, & marinis mirifice perornatam monstris, ubi talia novis literis inscripta videntur.*

(332) TREBVC
CARPENTVM
BONA NOCTE
VADE DORMITVM

(333) VVALPERTVS SVBDIACONVS
FIERI IVSSIT

*Quod Mediolanio multo deferre labore*
*Huc studuis, cupiens obtinuisse suos.*
*Hoc fabricavit opus Vualpertus amore parentum;*
*Orent ut reddat praemia digna Deus.*

*Hic deficit monstrum marinum pulcerrimum.*

Ad XII. K. Martias venimus Cremonam antiquam Cenomanae Regionis urbem, ubi quamplura vetustatum vestigia vidimus & egregiam altius munitam moenibus arcem, & Turracium (334) illum civitatis insignem, miraeque altitudinis praecelsam; & haec utique diversis in lapidibus epigrammata; & primum

(328) Muratorius *pag.* 1628. 1. ex Schedis suis ponit *in Castello Olate*, quod fortasse nomen ex *Tradate* corruptum in Schedas illas irrepsit.

(329) E Castilleonaeo Gruterus *pag.* 115. 10. habet ille BENEMERENTIBUS. Verum Cyriaco consonat Alciati Codex, ut Gruterus ipse testatur *in Corrigend.* & Holstenius. In exemplari Gruteriano additur in fine L. PARIVS HERMES. Idem occurrit in fine mendosissimae Inscriptionis modo exhibitae n. 158.

[330] Ediderat Reinesius *Clas.* I. 70. iterum dedit Muratorius *pag.* 60. 10. Errat uterque in loco, ubi exstabat inscriptio, designando; primus enim *Liburniae* collocat, alter ex mendosis Cyriaci Schedis *Bosutii in Agro Mediolanensi*, quum re vera Cyriacus *Tradate* marmor viderit.

(331) Eodem errore Liburniae in Dalmatia collocat Inscriptionem hanc Reinesius *Clas.* I. 13.

(332) Cl. Zachario Exc. liter. pag. 86. num. CXXXVIII. haec habet: *Arca marmorea propter* Tradatum *Agri Mediolanensis oppidum inventa, antiquissima sane, planeque Romanae sculpturae, in cujus capite fuscinae implicitis delphinis. In eam deinde* Walpertus (*is est, qui Mediolani Praesul adversus Berengarium ex Germania Othonem I. Imperatorem in Italiam accersivit*) *parentum ossa intulit, hoc addito turpi lemmate;* Carpentum bona nocte redoc, i, vade dormitum.

(333) Ommisso superiori lemmate, quod fortasse in urnae latere post Walperti tempora insculptum fuerit, reliquam Inscriptionis vulgavit Muratorius *pag.* 1963. 1. Errat tamen dum *Romae ad S. Bartholomaei* ponit.

[334] De hac ita Albertus: *Fu poi ristorata* (Cremona) *& molto accresciuta nel* 1284., *e fabbricata quella superbissima torre, la quale si può annoverare fra le prime torri di tutta Europa.*

*Ad parietem Domus Joannis Oldoini.*

163 (335) V. F.
MITONIVS Ɛ
AEVIVS
FIDELI L.
MVXIMVLARIO
IN FR. P. XVI. IN. A. P. XX.

*Ante domum Magistri Baptistae Medici.*

164 (336) T. PRAESENTIVS Q. F.
P. HELVICIVS P. F.
AED
OB HONOREM
IN VIAM
Hs 𐆖 𐆖

Ad IX. K. Mart. ex Mantua ad Hostilia ad ripam Padi fl. sita ubi haec comperta sunt.

165 (337) V. F.
STATIA . Ↄ. L. FREQVENS
SIBI . ET
STATIAE. M. L. ICONE
MATRI
M. STATIO. M. L. HELLETI
M. STATIO. Ↄ. L. MODESTO
FRATRIBVS
ET M. STATIO
VERECVNDO
CONLIBERT

*Ibidem ad alium lapidem.*

166 (338) QVINTIA . FEVRESI . F
AELIAI. Q. L. MYRSINE . F

Ad IIII. K. Martias venimus Faventiam, egregiam Bojorum urbem, ubi ejus loci domino Guidone Antonio, & Joanne ejusdem egregio Scriba curantibus vidimus in foro in marmoreo lapide quatuor capitum imaginibus ornatissimo hoc vetutissimis litteris epigramma.

167 (339) LAEGIA. P. L. PRIMA. V. F. SIBI
ET . SVIS
Q. MAENIO Q. FI. C. MESTRIO C. F
POL. VERO . POL. F. PRAESENTI
SEX. VIRO . AEDILI ☙ EQ. R. V. PRIMIG

Ad prid. K. Martias per Caesenam venimus Ariminum egregiam, & olim nobi-

(335) Vulgavit Muratorius e Schedis Faerníiis, & *Ticinii* posuit *pag.* 957. 9. Eamdem Schedae Capponiae *Cremonae juxta turrim publicam* collocabant, ut Muratorius testatur, qui illam in Schedis etiam Cyriaci Anconitani *Cremonae* poni notet. Verum vae Cyriaci Schedae habebant MITOLIVS, & MVRIMVLARIO; utcumque sit corruptam vocem hanc esse nemo non videt, amplectendamque Muratorii conjecturam, qui NVMMVLARIO legendum putat.

(336) Muratorius *pag.* 477. 3.

(337) Ediderunt Gruterus *pag.* 995. 8. & Fabrettus *Cap.* V. *n.* 68.

(338) Emendatiorem dedit Muratorius *pag.* 173. 8.

(339) E Schedis Langermanni edidit Reinesius in *Append.* n. XXI. & Inscriptionem non satis diligenter e marmore exceptam penitus corrupit, ut Interpretationi suae accomodaret. *Versu* 1. legendum putat LARGIA *Versu* 4. P. VERONIO L. F. *Ver. ult.* ita constituendum sermonem censet AEDILI. VI. VIRO EQuitum Romanorum TVrmae PRIMAe. Ego vero post duos primos versiculos inscriptionem in tres columnas dispertitam fuisse existimo, deinque illos versiculos majoribus fortasse literis exaratos, tituli instar supra omnes columnas extendi; ita ut quatuor capitibus, quibus superior marmoris pars ornabatur, quatuor inscriptiones responderent; *Laegiae*, quae monumentum posuit memoriam titulus exhibet; columna prima *Q. Maenii Q. F. Pollia Veri Sex Viri, Aedilis*; secunda C. *Mestrii* C. F. *Pol. Praesentis* Equitis Romani; tertia demum *Primigenii*, sive *Primigeniae*, servae fortasse, quae, quando lapis positus fuit, vivebat. Quod si ita est, patet Cyriaci exemplum emendatissimum esse, dummodo *linea quarta* sigla F. quae abundare videtur, deleatur.

lem Flaminiae Civitatem, ubi ad insignem pontem hoc suis in spondis epigramma videtur:

168 (340) IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS. PONTIFEX. MAX.M
COS. XIII. IMP. XX. TRIBVNIC. POTEST. XXXVII. P. P
TI. CAESAR. DIVI. AVGVSTI. F. DIVI. IVLI. N. AVGVST
PONTIF. MAXIM. COS. IIII. IMP. VIII. TRIB. POTEST. XXII.
DEDERE

*Super arcum ad portam Flaminiam versus Romam.*

169 (341) COS. SEPTIMO. DESIGNAT. OCTAVO. MV
CELEBERRIMEIS. ITALIAE VIEIS. CONSILIO
SENATVS POP

*Apud S. Justum Piceni Vicum.*

171 (343) D. M.
ORBIAE. APHRODISIAE
FILIAE. SANCTISSIMAE
L. ORBIVS VERINVS. PATER

*Item Arimini ad aedem S. Gaudentii in urna marmorea.*

170 (342) & SABINIA IVSTINA
SIBI ET IVLIO IRENAEO ALV
MNO VIVA POSVIT

*Apud Firmum Coloniam in Piceno praeclaram.*

172 (344) ALLIENAE. T. F
BERENICE
C. VETTIVS POLVS
VXORI
SANCTISSIM. ET
C. VETTIVS POLVS
MATRI
PIISSIMAE PATR
COLL. FABR. ET DENDR
L. D. D. D.

(345) *Ad L. Estensem Incl. Ferrariae Marchionem.*

Cotidie & saepenumero postquam illustrem clarissimumque parentem amisisti Cl.

(340) Celeberrima Ariminensis pontis Inscriptio edita jamdiu est in Grutero pag. 160. 2. emendatissime vero ab Architecto Thom. Temanza *Delle Antichità di Rimino* Venetiis 1741.

(341) Celeberrimum item Inscriptionis fragmentum, quod in Ariminensis arcus fastigio adhuc visitur, ut innuimus supra not. 51., a Grutero singulari errore inter *Spuria* relatum fuit *pag.* VI. 5. Sed ea est mentis nostrae opinio conditio, ut turpioribus aliquibus maculis inquinentur. Quis umquam putaret, fieri potuisse, ut insignis Inscriptio Caeciliae Metellae, quae in fronte magnificae molis, vulgo *Capo di Bove*, Romae ad D. Sebastiani visitur, inter *Spurias* amandari debuisset? At Muratorius emendavit *pag.* 1797. 2. ex MS. Nicolai Peccdini, licet jam ea Inscriptio edita esset a Grutero pag. 377. 7. & ab omnibus qui Romana monumenta recensent. & insuper ab Ant. Augustino Dial. X. illustrata.

(342) Edidit hanc Inscriptionem e Metellio Gruterus *pag.* 659. 11. & *Romae in S. Salvatore in Julia* posuit. Inter Arimineuses postea dedit Clementinius *lib.* I. *pag.* 31. mendis item inquinatam. Praeterea non inepte quis suspicari potuisset, Romanam esse Inscriptionem, & Romae Ariminum advectam. Sed Cyriaci testimonio Ariminensem omnino esse Inscriptionem discimus, & Metellium errasse, dum inter Romanas collocavit. Neque tamen Mazochii fides culpanda est, errorem enim ipse suum indicavit, dum in corrigendis in calce operis appositis monuit, se hoc epigramma, quod *pag* 123. 7. exibuit, non vidisse. Equidem Sabiniam gentem Arimini fuisse alia etiam vetus Inscriptio apud eumdem Clementinium *pag.* 41. testatur. Sane gaudeo potuisse me ineluctabili Cyriaci testimonio nobilissimae urbis possessionem ab omni suspicione vindicare; quod & alias fecisse memini in Notis ad *Marm. Pisaur.* n. XLI.

(343) Edidit Reinesius Cl. XII. 66. & intemperanter, ut solet, VERINVS in VENERIVS immutavit, cue hoc praesulteris nihi se dimisse ait; Ego vero cum Cyriaco seorim.

(344) Bis in Grutero edita est haec Inscriptio nempe *pag.* 351. 3. & iterum *pag.* 751. 1. cui consonat Cyriaci exemplar. Verum quum ipse meimet hoc viderim, exscripserimque, praestat lectionem, quam ex authographo excepi, proponere. Versiculus COLL. FABR. & DENDR. omissus a quadratario fuerat, & postea quam versiculus alter, singulares literas exhibens insculptus fuerat, restitutus est; ideo minutioribus literis signatus apparet.

(345) Haec Cyriaci epistola, ut chronologicus ordo servaretur, collocanda erat supra *pag.* 3. Scripsit enim illam Cyriacus ad Leonellum, antequam Florentia ad Balnea Pisana perrecturus discederet anno 1442.; discimus hinc alia etiam balnea in Senensi agro eodem anno antea Cyriacum adiisse.

L. Princeps, regnumque regie administrare regio tuo de more caepisti, omnia feliciora tibi vel quam ad libitum audivimus, vidimusque secundare, non sine magna nostri animi jucunditate. Nam alia ut omittam, hodie VIII. K. Quintiles, qui felix & faustus Jo. B. Ss. dies fuerat, hac in florentissima Tuscorum Urbe tam fausto & amplissimo ordine, insignique sacrarum, spectandarumque rerum omnigenum pompa solemniter celebratus, cum e petroleis saluberrimis Senarum thermis ad tantum me spectaculum contulissem, egregia inter tam mirae spectationis fastigia vidimus hippodromale illud insigne, regiumque tantae civitatis certamen; in quo cum equi XI. delecti, peregrinique ex ordine certatim ad praemia velocissimi contendissent, ante alios omnes, tres tuos illos afros, numidicosque pares alipedes sexquialtera stadii fore spatia ceteros praetereuntes cognovimus. Nivei quorumque bini simul pariterque praemia tetigisse, quamquam grate laeteque conspeximus, & denique non sine victorum puerorum mutua contentione sessorum alterum conspicuo demum curru adscendentem speciosum hippagoginum illum tuum ostro insignem & auro triumphali de more incedentem splendidissimum illud purpureum paludamentum ad sacram & ornatissimam Beatissimi Praecursoris aedem praemio vidimus referentem. Valere te diu felicem una tuis illustribus cum germanis fratribus, & dulcissimis natis opto praeclarissime L. Princeps. Ex Florentia eo quo supra diximus VIII. K. Jul. die.

K. A. I.

D. O. M.

BRANDAE. M. F. CASTELLIONEO

SENIORI V. SANCTO

AC B. M.

SAB. ECCLESAE EP. CARDINALI,

ET OPTIMO P. P.

BALDASAR NEP. EQ. AVG. ET

CETERI NOBILES CASTELLIONENSES

POSVERE

ΒΡΑΝΔΑ ΠΡΕΣΒΥΤΑΤΕ ΑΝΕΡ. ΚΑΙ

ΠΑΤΡΙΔΟΣ. ΠΑΤΕΡ ΑΓΑΘΕ

ΧΑΙΡΕ

(346) Franc. Phil. Antonio Panormitae ἀνδρὶ ἀρίστῳ καὶ ποιητῇ καλλίστῳ. S. D. Salve animae dimidium meae. Si vales, ita est ut opto; ego autem perbelle valeo. Kyriaci Anconitani singulare studium in revocandis ad vitam mortuis non te latet; quare & si minime sum ignarus quanti hominem facis, facis enim plurimum; velim tamen mea etiam causa eum tibi carissimum fieri.

DIVAE POLYMNIAE CETERISQ. LATIIS IVCVNDISS. MVSIS

A. Panormita poeta nostro aevo clarus; ille enim qui quondam divae poesi, almaeque Aphrodisiae lepidissima pleraque sacrarat elegia, (347) elegantius nempe hodie IIII. Kal. Martiar. laeto, fausto, atque celeberrimo die in Regia, nobilissima-

(346) An haec Philelphi epistola edita sit, viderint qui plenissimam illarum editionem, que careo, possident.

(347) Quemadmodum Apollini Pythio ut Theodoro Gazae gratum se praeberet Cyriacus, Graecum ejusdem Gazae epigramma inscripsit *supra pag.* 38. Ita Musis Panormitae Opusculum, cui titulus *Alphonsi Regis triumphus* dicat. De eo Panormitae opere Vid. Apost. Zenit immortali memoria dignissimi Viri *Dissert. Vossian. Tom. I. pag.* 311.

que

que Neapoli Urbe Alphonsi Hispani splendidissimi Regis Ausoniae praecl. triumphi solemnia, honores, laudem, gloriamque perennem immortalem DICAVIT.

In Regiis purpureis felicia inter castra tentoriis pro Esculeis Agris apud Truentum insigne (348) Picenorum R. postero quo ab Urbis Esculanae pomoeriis soluta obsidione concessimus XV. K. N. die.

Ex Ph. M. Duce

Serenissimo Principi, & excellentissimo Dño Consanguineo & Patri nostro honorandissimo Dño Alfonsio Dei gratia Regi Aragonum, ac Siciliae citra, & ultra Farum.

Ex K. A.

Alfonso Cl. Principi optimo ac Fortissimo Taraconum, Balearum, Sicanumque, & Ausoniae Regi.

(349) M. TVLLIO M. F. CICERONI

ROMANAE FACVNDIAE PRINCIPI

QVAESTORI. AED. PR. COS. IMP.

P. P.

ARPINATES

Quod Athenis ad insignem Divi Hadriani Caesaris arcum exacta tempestate disticon comperimus Cl. Thelee, quemadmodum nudius tertius in ipsa magnanimi Comitis aula Benevolentiae Tuae rescribere pollicebar, hodie tibi hisce praesentem per agogitem transmittendum curavi. Vale ex itinere apud (350) Monteavium vicum. XVI. K. April. Eug. P. A. XII.

(351) ΑΙΔΕΙΣ ΑΘΗΝΑΙ ΘΗΣΕΩΣ ΠΟΛΙΣ

ΑΙΔΕΙΣ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΟΥΧΙ ΘΗΣΕΩΣ ΠΟΛΙΣ.

Iterum χαῖρε & Ciccho (352) Secretario optimo, Alberto (353) Orl. viro jucundissimo, & Matthiae Grammatophoro, regulumque Sfort. praeceptori facundo, atque Gasparino (354) Physico docto, nec non Tito Faccino ceterisque Scribis Collegis tuis B. M. plurimam ex me salutem dabis.

K. A. T.

(355) B.

Kyriace altiloquos inter celebrande poetas,
Cuncta vetustatis qui monumenta tenes;
Lustrasti extremos terrae, pelagique recessus,
Ut legeres veterum nomina pyramidum.

(348) Alphonsum Regem Ascanium fortissimum Piceni Urbem obsidione frustra hoc anno tentasse notum est, & tradidit Muratorius *Annal. d'Ital.* an. 1443. Sed ex hoc Cyriaci loco, quo die soluta obsidio fuerit, discimus, nempe XVI. Kal. Novembr.

(349) Edidit Gruterus inter spurias pag. XII. 3.

(350) *Mondavio* florentissimum Provinciae nostrae Metaurensis oppidum.

(351) Extat haec Inscriptio in alio Commentariorum Cyriaci fragmento Romae edito pag. XI. n. 78. & 79. Exhibuit etiam Sponius *Voyage* Tom. II. *pag.* 230., ex quo discimus quid in utroque Cyriaci exemplo peccatum sit.

(352) Quisnam fuerit Theseus ille, ad quem Cyriacus has literas dedit, penitus ignoro. Ciccho autem, Secretarius optimus, est Franciscus, sive Cicchus, ut ipse etiam se subscribebat, Simonetta, Ducalium scribarum princeps, Francisco Sfortiae, quem hic *Magnanimi Comitis* appellatione Cyriacus designat, apprime carus, Vir doctrina, rerumque gerendarum peritia insignis. Late de eo agitur in *Bibl. Script. Mediol. in exteris* pag. 2163.

(353) Francisci Sfortiae Comitis domestici.

(354) Is est Gasparinus Arditius Nobilis Mediolanensis Francisci Sfortiae primum, deinde Alexandri ejus fratris Pisauri Domini Medicus, a quo Arditia familia, ex qua praeclarissimi Viri floruerunt Pisauri, propagata est. Eidem Gasparino inscribitur Epist. 21. lib. IX. Francisci Philelphi *Gaspari Pisaurensi, Medicoque Ducali*, qui etiam *eruditissimum Medicum* illum appellat lib. VIII Ep. 21., Supremas tabulas condidit Gasparinus die XI. Augusti 1476. manu Sepulchri de Sepulchris Notarii Pisaurensis.

(355) Auctor hujus carminis, qui singulari B. notatur, ignotus mihi est.

Delius & Vatum custos Cyllenius almo
Ingenio aspirant numina summa tuo.
Ancon Cyriaco tantum gaudebit alumno
Quantum doctiloquo Mantua Virgilio.

Ant. Panhor.

Anconis splendor jacet hoc Masiella sepulcro
Una vetustatis, Kiriacique parens.

*Epigrammata Brixiana Tuscanesiaque ex Johanne Tuscanella Viro rerum peritissimo, & amico nostro compertundissimo comperta, & manu sua diligenter exemplo descripta.*

*Brixiae in pariete hospitalis extra Aed. S. Francisci.*

173 (356) L. PVBLICIVS PRIMVS SIBI ET
SECVNDAE TVRI F VXORI ET
L. SE E CRESCENT

*In alio lapide eodem in pariete.*

174 (357) L. POBLICIVS HEBENVS
SIBI ET OPTATAE
MVLVIAE CONTAB
ET VELLIAE FIRMAE
PISAINAE

*In aede S. Agathae prope altare.*

175 (358) AVR VICTORIAE VXORI CARISSIMAE
QVAE VIXIT ANN. XXXVII. ET CVM
MARITO ANN. III. AVR. HOMVNCIO
B. M. M. P

*In eodem loco.*

176 (359) FL. LVPPIO EX PRAEP AVR. SEVERINAE
MATRI DVLCISSIMAE QVAE VIXIT
ANN LXXV MENSIS VII DIES DECEMNOVEM
VALE MIHI MATER PIENTISSIMA.

177 (360) *Ibidem.*

VICTOR ARTEMIO FRATRI BENEMERENTI
QVI VIXIT ANNOS QVINQVAGINTA ET
MENSES QVATVOR DIE....

*Extra Ecclesiam S. Agathae.*

178 (361) C. QVINTIVS C. F. FAB. CATVLLVS
DECVRIO BRIXIAE SIBI ET CORNELIAE
M. F. MAGNAE VXORI ET Q. QVINTIO
C. F. FRATRI, ET C. QVINTIO
SECVNDO PATRI ANTONIAE CATVLLAE MATRI
T. F. I

*In turri in via S. Marci.*

179 (362) AEMILIAE C. F. AEQVAE
SACERD. DIVAE PLOTINAE
COLLEG. CENT. TITVLO. VSA

*In sub corpore S. Juliae.*

180 (363) MEMORIA SECVNDINAE
QVAE VIXIT ANN. X RESTVTA
MATER FILIAE DVLCISSIMAE
POSVIT

(356) Hinc discimus inter doctos Viros qui saeculo XVI. literatos lapides collegerunt, Joannem etiam Tuscanellam numerandum esse, de quo *supra not.* 248. Ex Rubeo paullo aliter edidit Muratorius *pag.* 1394. 1.

(357) Gruterus *pag* 989. 5. Verderianis *lin* 3. habet CONTVB.

(358) Gruterus *pag.* 762. 7. lineis aliter distinctis; singulares literas ita exhibet B. M. P.

(359) Gruterus *pag.* 721. 10. lineis aliter dispositis. *lin.* 1. habet LVPPO.

(360) Muratorius lineis item aliter dispositis edidit *pag.* 1510. 6. e Schedis Averoldi, sed *Romae* collocat.

(361) E Schedis Cyriaci, & Fratris Jucundi dedit Muratorius *pag.* 739. 4. sed mendosam.

(362) Gruterus in septem lineas distributam vulgavit *pag.* 322. 1.

(363) Gruterus *pag.* 706. 1.

*In Aede S. Juliae.*

181 (364) D M.

L. CAELI ARRIAN. MEDIC

LEGION. II. ITALIC. QVI VIXIT

ANN. XXXXVIIII. MENSIS VII

SCRIBONIA FAVSTINA

CONIVGI KARISSIMO

*Apud S. Juliam in pariete S. M.*

182 (365) L. CAMVRIVS L. L. PANDARVS

IIIIII VIR AVG SIBI ET

ZENONI LIBERTO

*In platea S. Petri, & sub columna in Porticu.*

183 (366) COLL. DENDR

C. CRISPIVS HESPERIO

VI. VIR. BRIX. E VER E

NOMINE SVO ET

MARIAE SYNETHIAE VXORI

ET IN TVTELAM DEDIT

HS

*In platea Canonicorum in columna.*

184 (367) L. CORNELI GLYCONIS

VI. VIR. AVG. BRIX.

CLAVDIA MARTIA

MARITO

PIENTISSIMO

*In platea S. Petri prope turrim.*

185 (368) M. MINVCIVS

SERVANTIVS

QVINTIAE

MAXIMAE VXORI ET

M. MINICIO SECVNDO

FRATRI

AMANTISSIMO

*In Aede S. Barth. in monte.*

186 (369) ACCEPTO CHIAE

SERVO

LANARI PECTINARI

SODALES POSVER

*In orto S. Martini.*

187 (370) CLODIAE VARILLAE

QVAR. FLO. BRIX.

*In Aede S. Barnabae.*

188 (471) L. CLAVDIO L. F. FAB.

SABINIANO

EQVO PVBLICO

COLLEGIA

FABR. ET CENT

TITVL VSVS

*In Ecclesia S. Sandri.*

189 (372) B. M. IN PACE

FLA. HIGGO. SCVTARIVS

SCOLA TERTIA QVI VIXIT

ANNVS P M XXV ET MILI

TAVIT ANNVS VI COGNA

TVS DVLCISSIMVS SORO

RIO AMANTISSIMO

(364) Gruterus pag. 61. 5.
(365) Gruterus pag. 384. 8.
(366) Muratorius dedit ex Donio pag. 514. 1. sed mutilam.
(367) Edidit Reinesius Class. VI. 31.
(368) Idem Reinesius vulgavit Cl. XIV. 109.
(369) Gruterus pag. 648. 3.

(370) Reinesius Cl. XVI. 7.
(371) Gruterus pag. 302. 7.
(372) Mendosam dederat Gruterus a Verderianis pag. MLII. 11. & ex eo Fabrettus cap. III. 588. Emendatiorem Muratorius pag. 1873. 3. e Schedis Rediis & Fratris Jucundi. Omnium tamen emendatissimum videtur Tuscanellae exemplam.

*In Ecclesia S. Georgi.*

190 (373) QVINTIA RESTITVTA
C. PETRONIO FAB.
FRONTONI
VI VIR. AVG. BRIX.
OB MERITA
VIRO PIENTISSIMO

*Prope turrim palatae in pariete quojusdam Domus.*

191 (374) COLLEGIA
FABR ET CENT
L. CORNELIO
PROSODICO VI VIR
AVG BRIXIA ET VERON
SACERD. COLLEG. IVVENVM
BRIXIAN PRIMVM INSTITVTVS
OB MERITA EIVS HONORE C NTENTIS
INPENDIVM REMIS . . . ATIS
IN TVT H-S N. D

*Tuscanellae apud S. Petrum in altari.*

192 (375) S. MARCELLINVS PATER BENEME
RENTI EIVS. CONTRA BOTO
BISOSOMVM FECIT IN PACE
E FILIAE INNOCENTISSIMAE
IVNIAE MARCELLINE VIXIT
ANN. XIII. MENSIBVS III

194 (377) SEX. SCANTIVS SEX. F. IIII. VIR.
D. S. P.

*Item in eadem Aede ad pilam A. S.*

193 (376) D. M.
C. CONONI CRES
CENTIS DEC
TVSCANENSIVM
QVAEST. R. P. VETER
AVG. LEG. XIV. GE
MIN. SIGNIFER R M
FECER. C. CAVIVS PRISCVS
FIL. SCRIB. RESTITVTVS HER
V. A. L.

*Ad alium lapidem.*

195 (378) P. TETTI P. L. PHILONIS
P. TETTIVS MENECRATI
ET TETTIA ARETHVSA
PARENTES

196 (379) C. TERENTIVS CLEMENS
V. A. L.

*Apud S. Angelum extra portam.*

197 (380) D. M.
L. AEMIL. L. F. FESTI
DECVRIALI II. ARVSPICI
VIRIA MAN. . . . MA
CONIVGI OPTIMO
PIENTISSIMO
B. M. V. A. XXXXIIII

(373) Gruterus *pag.* 449. 3.
(374) Gruterus *pag.* 397. 1.
(375) Reinesius Cl. XX. 344. Dedit etiam Muratorius *Ant. Med. Aevi. Diss.* 58. ubi ait *tabulam hanc marmoream olim truncatam, ut ad mensuram altarioli accomodaretur.* Edidit iterum *pag.* 1507. 4. utrobique in tres lineas distributam.
(376) Mendosam dedit Reinesius Cl. VI. 29. emendatiorem Muratorius *pag.* 1090. 7. Uterque habet COPONI.
(377) Gruterus *pag.* 466. 2.
(378) Gruterus *pag.* 997. 8
(379) Edidit Gruterus *pag.* 715. 1. male cum aliis Inscriptionibus coagmentatam.
(380) Hanc, qua Cyriaci Codex clauditur, inter editas non inveni.

## (381) AD IIII. KAL. FEBR.

Faustum, Saturnalemque diem ex nobilissima Chio Samon, Ephesumque, & Milesia Palatia petens, scapham ante diluculum, bonisque avibus conscendi, Valentino Pantheo solertissimo ducente Scapharco, & exeuntes e portu lenis vel modicis aspirantibus auris Diva Calliope Conjux brevem hanc Divis lepido idiomate nostro orationem sanctissimo ab ore protulerat.

*Nimphae Chienses Nereidum Sanctae*
*Amphitrite alma, & tu Cymodocea*
*Galatea, Lotho, Glauce, & Panopea*
*Tethis con l'altre per l'Egeo natante:*
*Et Nereo Patre antico, & tu flagrante*
*Eolo Re col tuo seren Borea;*
*Et con sua guida Sancta Argiphontea,*
*Et tu Neptuno in mar sempre regnante;*
*Favete coeptis, jam conflate vela*
*Del fedel vostro Anconitan jocondo,*
*Ch'el nobel mondo antico al novo exvela:*
*Et che lustrar l'intende ad tondo ad tondo,*
*Navigando or, perchè a lui non se cela.*
*Samo, e l'Ephesio spectacol del mondo*
*In lui dunque secondo*
*Pandete el vento, e'l mar con tanta gratia,*
*Che ne sia leta anchor Piceno, & Latia.*

Artium, mentis, ingenii, facundiaeque decus, & pater alme Mercuri, nec non viarum, itinerumque optime dux, qui tuo sanctissimo numine Kyriaci jamdiu mentem animumque fovisti, quique nostrum jucundissimum iter undique per Latium, Illyrium, Graeciam, Asiam, & Aegyptum, terra marique tutum, rectum, habileque fecisti. Ita noster inclyte Geni hodie sacro tuo, & felici Kalendarum Martiarum die nobis ex Phoceis Ephesum, Ephesiaeque Dianae pharetrigerae germanae tuae antiqua nobilissimi templi vestigia vestigare quaerentibus iter tutum dirigere, favitare, atque bonis avibus comitare velis.

*Haec Kyriacus ad Mercurium.*

F I N I S.



(381) Fragmentum hoc ad superiore tempora referendum est. De codice, ex quo illud hausimus, quaedam in praefatione.